DE
PS. IOSEPHI ORATIONE
QUAE INSCRIBITUR
περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS IN
ACADEMIA PHILIPPINA MARBURGENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XIV. MENSIS DECEMBRIS

UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

AEMILIUS WOLSCHT,

PARTHENOPOLITANUS.

MARBURGI.
TYPIS C. L. PFEILII.
1881.

PATRI CARISSIMO

HAS LITERARUM STUDII PRIMITIAS

DEDICAT

AUCTOR.

Quod post praeclaram illam Freudenthalii*) commentationem quartum Maccabaeorum librum iterum accuratius tractavi, id duabus potissimum de causis factum esse confiteor. Ac primum, cum ea studia secutus, quibus praecipue ad id tempus operam dedi, ad depravatos orationis locos animum adverterem, mox tantum abesse intellexi, ut hominis docti opera textus in integrum iam restitutus sit, ut ne genus quidem corruptelarum, quibus oratio *ante omnia* laboret satis ille exploraverit et omnino tota quaestio incepta magis quam ad finem perducta videatur esse. Itaque ut praetermittam interpolationes quasdam quae illum fugerunt me indicare voluisse, id unum omnium maxime ostendere mihi proposui, ut non modo fortuito interpolamenta irrepsisse, sed etiam haud ita raro *de industria* librarios, quo maior fieret sermonis elegantia, auctoris verba mutavisse demonstrarem. Cuius rei exemplum satis memorabile quinto capite (pag. 278, 14) reperitur, quo loco tam diversae lectiones nobis traditae sunt, ut in primo obtutu vix credi possit, quod tamen recte Freudenthalius contendit, *unum* esse librorum mss. archetypum. Cum enim auctoris verba *ἐκ τοῦ ὄχλου ἀνήρ τις* parum eleganter dicta esse viderentur, a librariis id positum est, quod in optimis codd. fere omnibus legitur *εἷς πρῶτος ἐκ τῆς ἀγέλης ἑβραῖος*, quamquam hac ipsa mutatione, ut postea declarabimus, sensus loci depravatur. Prae-

*) J. Freudenthal die Fl. Josephus beigelegte Schrift von der Herrschaft der Vernunft. Breslau 1869.

terea opinio quaedam Freudenthalii, qui magnas et prooemii et conclusionis lacunas a librariis male suppletas esse suspicatur, cum in prooemio nihil fere corrupti invenerim, in fine autem scriptiunculae maiora interpolamenta confluxisse credam, non reputanda ut opinor reapse deprehenditur. Haec igitur omnia me moverunt, ut de ratione critica in Ps. Josephi oratione exercenda novam quaestionem instituerem. Accedunt tamen alia. Freudenthalius enim, cum orationis dignitatem ac virtutem nimis diu antea neglectam nimium tum augere studeret, et philosophiae quam inesse putavit praestantiam et historicam libelli fidem ita pressit, ut sua quasi ipsius argumenta, quae contra Grimmium protulerat, refutare iisque assentiri videretur, qui disputationem hanc esse philosophiae, non orationem sacram indicaverunt. Illud quoque non minus falsum est, quod idem homo doctus (p. 18 sequ.) prodidit, cum in duas *eiusdem momenti* partes, quarum altera ad philosophiam, altera ad rerum historiam atque Judaeorum fidem pertineret, orationem dividendam esse affirmaret. Re vera enim philosophiae quam proposuit quaestione Ps. Josephus nihil aliud assequi voluit, quam ut narrationem suam de Maccabaeorum constantia, qua audientium animos delectare atque confirmare studebat, quasi *veste sollemni indueret.* Qui fit ut initio tantum (in prooemio et in nominum definitione) pauca ex Stoicorum disciplina ad verbum fere desumpta proferantur, cum reliqua ad popularem intellegentiam accommodata philosophiam minime attingant. Ex rebus autem a Ps. Josepho enarratis etsi fide non prorsus carent, tamen, cum tantum absit, ut certi cuiusdam auctoris verba ille reddiderit, ut ex memoria historiam recitaverit eamque rhetorice exornaverit, quid novi inde colligi possit non video. Quod meum indicium ne temere tulisse videar, etiam de fide historica orationis et de philosophiae eius praestantia uberius paulo disserere necesse est. Et quoniam membrorum dispositio, quam Freudenthal inepte in chriae formam coartavit, ad rem intellegendam multum valet, de ea quoque plura verba facere constitui. Denique collationem iam pridem a me factam codicis Lipsiensis, qui numero 783 inscribitur in

medium proferre volui, cuius scripturas, quamquam inferiorem gradum tenent, tamen non prorsus repudiare licet.

Priusquam vero ad rem ispam transgrediamur, pauca de origine argumentoque libelli praemittere mihi in animo est.

Atque ut inde ordiamur libelli quis fuerit auctor *) cum memoriae traditum non sit, neque de nomine eius quicquam certi coniectura assequi liceat, primo **) autem p. Chr. saeculo oratio in lucem prodisse videatur, ab homine Judaeo ut ex argumento apparet composita, clarissimo ut fieri solet illius aetatis Judaeorum scriptori Fl. Josepho attributa est.

Quo autem modo oratio inscribatur parum constat, ut ex his Eusebii verbis perspicitur:

πεπόνηται δε καὶ ἄλλο οὐκ ἀγεννὲς σπούδασμα τῷ ἀνδρὶ περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ ὅ τινες Μακκαβαικὸν ἐπέγραψαν.

Nicetas in schol. ad Greg. Naz. auctorem non affert. Dicit enim:

ἡ βίβλος περὶ τοῦ αὐτοκράτορα εἶναι τῶν παθῶν τὸν λογισμὸν φιλοσοφοῦσα.

Etiam in codd. libellus vario modo inscribitur:

L = *ἰωσήπου Μακκαβαικῶν λόγος.*

A = *ἰωσήπου περὶ σώφρονος λογισμοῦ.*

CD = *διήγησις ἰωσήπου εἰς τὸ μαρτύριον τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων Μακκαβαίων.*

Causam autem cur scriptiunculae nomen *εἰς Μακκαβαίους* inditum sit, H. Grotius explicare sonatus est: „Sermo

---

*) Ex ipsa oratione nihil aliud colligitur, quam auctorem hominem Judaeum fuisse, qui saepius tales orationes habuit. Cf. cap. I *ὅπερ εἴωθα ποιεῖν.*

**) Haud iniuria Freudenthal, quia Hierosolymorum excidium in oratione ne obiter quidem commemoratur, Sapientia autem Salomonis auctori sine dubio nota fuit, libellum ante expugnationem illius urbis (70 p. Chr.), sed post Sapientiam Salomonis conscriptam (50 a. Chr.) compositum esse existimavit. Atque si modo ea recte se habent, quae infra de fide historica exposuimus, Ps. Josephi orationem ante alterum Macc. librum in medium prolatam esse, non poterit negari.

hic de septem fratribus et matre sub Antiocho ad mortem cruciatis inscribitur *εἰς Μακκαβαίους* de Maccabaeis non quod ad Judam Maccabaeum*) eiusque fratres quicquam pertineat, sed quia ii pari cum Maccabaeis animo pro lege dei multa fecere et pertulere."

Neque tamen, num haec explicatio recte se habeat, audeo diiudicare.

De argumento autem libelli quamquam a viris doctis acerrime disputatum est, cum multi disputationem hanc esse philosophiae, non orationem contenderent, mihi quidem non iam dubium videtur, quin haec oratio sit die fortasse festo re vera habita. Nam ut nihil dicam de transitionis quibusdam formulis, *ὅπερ εἴωθα ποιεῖν*, *ἤδη δὲ καὶ ὁ καιρὸς ἡμᾶς καλεῖ* etc. quae ad orationem admodum quadrant, ad disputationem philosophiae non item, etiam dispositio libelli et totus tenor dicendi is est, qui cum eruditis hominibus — ii enim disputationes philosophiae legere solent — minus placeat, *audientes* desiderare videatur furore fanatico obcaecatos. Sed de hac quidem re postea accuratius dicendum erit. Id unum hoc loco commemorare libet, singularem Eleazari septemque fratrum constantiam, qui propter pietatem summos dolores tulerint, hac oratione praedicari, ita tamen, ut quid proprie tractandum sibi proposuerit, auctor sub philosophiae quaestionis specie commode tegat. Simulavit enim se pronuntiatum quoddam (Stoicorum), perturbationes ratione coerceri, probandum sibi sumpsisse, quod cum alio modo tum mirifica Maccabaeorum constantia dicit firmare sese atque declarare posse. Postquam igitur brevi nominum definitione praemissa nonnulla exempla ex cottidiana vita et ex Judaeorum historia protulit, quae maxime ad sententiam suam

---

*) Cf. Ewald, Gesch. Israels [3]IV p. 402:

„Juda, dessen einzig hoher Ruhm schon darin hinreichend zu schauen ist, dass von seinem Zunamen Maggabi oder mehr aramäisch gesprochen Maggabái — allmählig in den Zeiten nach seinem Tode alle tapfern Glaubenskämpfer und Blutzeugen aus der griechischen Zeit, auch wenn sie vor ihnen gelebt hatten, Makkabäer genannt wurden."

pertinere vult, quantos illi dolores aequo animo sustinuerint, uberrime enarravit. Hanc vero scriptiunculam, in qua lectitanda, cum maxime idonea videretur ad Christianorum constantiam augendam, medii aevi homines multos fuisse notum est, nostrae aetatis homines editores potissimum adeo neglexerunt, ut Freudenthal ante hos duodecim annos suo iure affirmaret, aliud non esse opusculum veterum scriptorum memoriae traditum, quod tot tantisque corruptelis usquequaque abundaret. Cuius rei ille causam bene explanavit cum dixit (pag. 2 ann. VI):

„Am Fusse vieler Ausgaben der apokryphischen Schriften des Kanon und der Werke des Josephus war es ein Theil von beiden und von keinem und ward hier von Philologen, dort von Theologen über den voraufgehenden Schriftmassen übersehen und vernachlässigt.“

Grimmii quidem librorum apocryphorum commentarius multa ad intellegendum utilia attulit, neque tamen cum tantum absit, ut depravatam orationis condicionem senserit, ut etiam perversas scripturas explicare conatus sit, semper ei confidere par est. Itaque quod Freudenthal in praeclara Gfroererii commentatione recte vituperavit (pag. 37) cum diceret:

„Zunächst war ein genaues Verständniss unserer Schrift durch den gänzlichen Mangel an philologischer Kritik ausgeschlossen. . . . Mit Ausnahme eines Kapitels . . . das zum grössten Theile als eine der ungeschicktesten Interpolationen auch dem blödesten Auge sich verräth, nimmt er als baare Münze hin, was nur im Havercamp'schen Texte gedruckt vorliegt.“ id ad Grimmium quoque pertinere arbitror. Cf. quaeso hunc tertii capitis locum (pag. 273, 19):

ὑπὸ τοῦ νόμου κρατεῖται διὰ τὸν λογισμόν,

quod ita ille interpretatus est:

„Seine Kargheit wird vom Gesetz bezwungen, weil das vernünftige Wollen den Inhalt desselben sich aneignet (?) Hier wird bei Bezwingung der Leidenschaften das Gesetz als das Primäre gedacht, in Vers 14 (pag. 273, 30) dagegen (*ὁ λογισμὸς διὰ τὸν νόμον*) das vernünftige Wollen.“

Sed tali interpretandi ratione nihil lucramur. Quaeritur enim quo modo et *quo iure* fieri potuerit ut hoc loco ratio velut causa *propter quam,* non instrumentum *quo* affectus coercerentur, proponeretur; hic autem nodus pulchris Grimmii verbis minime solutus est. Itaque Freudenthal (pag. 160) haud inepte emendavit: *ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ κρατεῖται διὰ τὸν νόμον,* quamquam num hac coniectura auctoris verba ille assecutus sit, vehementer dubito. Quanta autem socordia Bekkeri, Dindorfii scripturas Havercampi, in cuius altero volumine ed. op. Jos. apparatus criticus ut erat istis temporibus collatus reperitur, simpliciter transscripserint, hoc uno quinti capitis (pag. 279, 9) exemplo luculenter demonstratur:

Eleazarum enim pium Judaeorum sacerdotem dicentem facere non dubitant:

οὐδεμίαν ἀνάγκην βιαιοτέραν[εἶναι] νομίζομεν τῆς πρὸς τὸν νόμον ἡμῶν ἀ π ε ι θ ε ί α ς.

nullam esse necessitatem validiorem quam inoboedientiam erga legem, quam ineptiam pluribus verbis exagitare nihil opus est. Id modo admonere non ab re fuerit, tam absurdam scripturam in omnibus recentioris aetatis editionibus (praeter Fritzschium) *) legi, quamquam iam editio princeps Frobeniana et omnes fere codd. (non *ἀπειθείας* sed) recte *εὐπειθείας* praebent facileque literarum similitudine**) error explicatur. Atque codicum quaestio ante Freudenthalium, qui primus rudera ut ita dicam amovere conatus est, prorsus neglecta iacebat. Eo perversius videtur, quod Fritzschius (praef. p. XXI) illum his verbis reprehendit:

„Freudenthal nollem iam eos (codices) aestimasset et in classes dispescuisset, hoc enim tum demum fieri poterit, cum accuratius excussi fuerit.“

Quamquam enim librorum collationes quas Havercampus reddidit ex parte neglegenter institutae hodierno literarum statui minime sufficiunt, tamen tantae socordiae speciem

*) Fritzsche libri apocryphi vet. testam. Lips. 1871.

**) In iis enim libris mss. qui literis minusculis exarati sunt exigua tantum differentia formae inter *α* et *ευ* intercedere solet.

prae se non ferunt, ut ne in universum quidem de librorum mss. praestantia iudicare neque in duos familias eos dividere liceat. Quin etiam etsi per se patet hanc codicum quaestionem propter auxiliorum inopiam ad finem nondum posse perduci, tamen ni fallor fieri potest, ut altius paulo progrediamur quam Freudenthal provectus est. Nam quamvis miro ingenii acumine vir doctus multa quae ad id tempus editores fugerant indagaverit, tamen certam quandam rationem ac viam, qua corruptelae sanari debeant, inquirendo non repperit. Quam enim totius quaestionis summam ipse his verbis comprehendit (p. 124):

„Die Uebereinstimmung zwischen α und S ist das Kriterium, wonach eine Menge von verdorbenen Stellen der recepta sich berichtigen lassen. Offenbar ist aber S besser als α."

Ea cum non subiecerit, quibus potissimum locis S α fidem habere liceat et quibus Regio magis confidere opus sit, ad difficultates tollendas non sufficit. Fritzschius quidem, qui totus Freudenthalio nititur neque ipse ut opinor accuratius in orationem inquisivit, cum certo fundamento careret, modo hunc modo illum codicem secutus miserum Oxoniensem Sinaitico praeponere interdum non dubitavit. Ego vero ex hac mala ambiguitatis condicione ita nos emergere posse existimo, ut corruptelarum quibus oratio praecipue laboret, genere explorato contrariam in textu corrigendo viam ingrediamur atque librarii inierint, cum orationem depravarent. Cum igitur et ex Freudenthalii commentatione et ex iis exemplis quae infra fusius tractabimus, satis eluceat, in quovis fere capite singula verba vel enuntiata a librariis perverse esse adiecta, nescio num cui dubium videatur, quin ex amplioribus receptae scripturis archetypi lectiones quasi exsecare et quae ab ullo codice omittuntur, ea, nisi gravissimae causae obstant, suspecta habere debeamus. Et quoniam auctoris verba non solum interpolationibus deformata, sed etiam, quo maior fieret sermonis elegantia a librariis interdum prorsus mutata esse constat, caveamus oportet, ne — quod Fritzschio saepius accidit — verborum

venustate decepti pulchriores lectiones simplicioribus anteponamus. Veri enim similius est, archetypi lectionem a librariis exornatam esse, quam sine ulla causa venustatem orationis ab illis esse diminutam. Quae si respicimus, ut singulis fortasse locis de recta via deflectemus, ita certam corrigendi normam assequemur, cuius auxilio per corruptelarum tenebras tandem eluctabimur. In rationem igitur ac viam qua oratio depravata sit accuratius inquirere debemus. Priusquam vero ad id ipsum transgrediamur, pauca de codd. praemittenda sunt.

Habemus autem duos libros antiquissimos, quorum alter Sinaiticus (S) Gardthausenii iudicio circa annum 400 p. Chr. exaratus, alter Alexandrinus (α) centum vel ducentis fere annis post compositus est. Reliqui *) praeter Lipsiensem, qui ut opinor exeunte saeculo decimo natus est, ad undecimum vel duodecimum saeculum omnes quod scio referendi sunt. In duas autem familias**), qui ex eodem archetypo fluxerunt, codices dividendos esse S α L A B et R C D — dico enim de iis tantum libris mss., quorum collationes mihi praesto fuere — recte Freudenthalius contendit; neque dubium videtur, quin alterius familiae princeps Sinaiticus, alterius Parisinus ille sit, qui ab Havercampo litera R signatur. Sinaiticus vero quanti aestimari debeat cum aliis ex locis tum

---

*) In Fabricii bibl. graec. ed. Harl. t. V. p. 26 viginti quattuor orationis codices enumerantur, neque dubito quin in Vatic. Marc. Laurent. etc. alii eius libri mss. lateant.

**) Cf. quaeso hos locos:

p. 277, 6 *ἔλεγε γὰρ ἡμαρτηκὼς ὥστε* S α L A B
ὡμολόγει γὰρ ὁ Ἀπολλώνιος ἑαυτὸν ἡμαρτηκέναι ὥστε R C D

p. 278, 13 *πολλῶν δὲ συναρπασθέντων εἷς πρῶτος ἐκ τῆς ἀγέλης ἑβραῖος* S α L B, sed deest *ἑβραῖος* in S.
πολλῶν οὖν συναρπασθέντων ἐκ τοῦ ὄχλου ἀνήρ τις R C D, sed C D habet *ἀναρπ.*

p. 283, 29 *ἀλλ' ὅσοι τῆς εὐσεβείας προνοοῦσιν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας οὗτοι,* α L, S A B idem sed deest *τῆς* ante *καρδίας*.
ἀλλ' ὅσοι ἔχονται τῆς εὐσεβείας τὸν λογισμὸν φρόνιμον ἔχειν ἐξ ὅλης καρδίας προνοοῦσιν καὶ οὗτοι R C D.

ex primo capite p. 271, 10 cognoscitur, ubi solus inter omnes orationes codices verba καὶ ὑπομονῇ post ἀνδρείᾳ omisit; recte. Nam Ps. Josephum qui sermonis elegantiae semper studet, in ipso prooemio rhetorum praecepta adeo violavisse, ut bis in eodem enuntiato sine ulla causa iisdem verbis uteretur, veri non est simile.

Itaque mihi quidem persuasum habeo librarios, cum aliis locis fortitudinem cum constantia coniunctam viderent.

cf. p. 301, 15 πρὸς γὰρ τὴν ἀνδρείαν αὐτῶν . . . . καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς βασάνοις ὑπομονήν

illa inepte addidisse.

Omnino orationis librarii, ut in libris ecclesiasticis plerumque fit, non modo anxie ne quid omitterent caverunt, sed etiam quaecunque superscripta vel margini ascripta invenerunt, ea omnia reddiderunt. Quae quidem opinio memorabili quodam exemplo confirmatur, ex quo de multis similibus coniecturam facere licet. Decimo enim capite in uno Alexandrino (praeter C A de quo codice postea disserendum erit) p. 288, 28 post συγγένειαν haec sententia inserta est. πρὸς ταῦτα εἴ τι ἔχεται κολαστήριον προσαγάγεται τῷ σώματί μου τῆς γὰρ ψυχῆς οὐδ᾽ ἂν θέληται etc.

Quod enuntiatum cum ad verbum fere in eum codicem transscriptum esset, ex quo A fluxit, iotacismi qui in α innumerabiles leguntur ita a librariis correcti sunt, ut super ἔχεται ἔχετε superscriberent et super extremam partem verbi θέληται literam ε corrigendi causa ponerent. Quae correctiones culpa eius librarii qui codicem A exaravit, in textum irrepserunt. Exhibet enim A: πρὸς ταῦτα εἴ τι ἔχεται ἔχετε προσαγάγετε κολαστήρια τῷ σώματί μου. τῆς γὰρ ψυχῆς οὐδ᾽ ἂν θέλητεαι etc.

Eadem fere ratione magnus glossematum atque interpolationum numerus insedit, quorum alia a Fritzschio ex codicum auctoritate remota sunt, alia editorum oculos nescio quo pacto fugerunt.

cf. hunc undecimi capitis locum p. 290, 8:

περὶ τὸν τροχαῖον σφῆνα κατέκαμψαν,

περὶ ὃν ὅλος περὶ τὸν τροχὸν σκορπίου τρόπον ἀνακλώμενος ἐξεμελίζετο.

Verba enim *περὶ τὸν τροχὸν* ut relativum *ὃν* explicaretur stolide margini adiecta iniuria in textum irrepserunt. Conferatis tamen alios locos huic simillimos, qui etsi eodem modo formati sunt, tamen illo additamento carent. p. 287, 7 *ἀνέβαλον αὐτὸν ἐπὶ τὸν τροχόν, περὶ ὃν κατατεινόμενος ὁ εὐγενὴς νεανίας ἔξαρθρος ἐγίνετο.* vel p. 289, 3 *ἦγον ἐπὶ τὸν τροχόν, περὶ ὃν ἐκ σφονδύλων ἐκμελιζόμενος ἑώρα* etc. At in re perspicua nihil pluribus verbis opus est.

Nec minus suspicionem movent verba cap. XII. p. 291, 25 *ὅτε βασιλεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ* quae etsi in optimis codd. desunt, nihilominus a Fritzschio falso retinentur. Nam cum paulo ante dictum sit: *εἴπω τι τῷ βασιλεῖ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ φίλοις πᾶσιν* incredibile est, Ps. Josephum versu post ea de quibus agitur verba repetiisse. Idem fere iudicandum mihi videtur esse de XIV capitis loco p. 295, 1 quo post interrogationem *ὧν τί ἂν γένοιτο ἐπαλγέστερον* res inepte continuatur: *ὀξεῖα γὰρ καὶ σύντομος ἡ τοῦ πυρὸς οὖσα δύναμις ταχέως διέλυσε τὰ σώματα.* Rectissime enim Freudenthalius monuit (p. 153), posteriore parte enuntiati laudem iuvenum adeo non augeri, ut valde detractetur. Ait enim:

„Ist das nicht baarer Unsinn? Weil das Feuer schnell ihren Leiden ein Ende machte, darum ist nichts schmerzlicher als Feuerqualen? Und hat das Feuer denn wirklich so rasch an ihnen sein Werk gethan? Wurden nicht Einige, wie Ps. Josephus selbst angiebt, langsam zu Tode geröstet?"

Cum his igitur viri docti argumentis plane consentio; cum altera eius argumentationis parte non item. Pergit autem hoc modo:

„Sie blieben standhaft auch in den allerschmerzlichsten Feuerqualen, denn des Feuers Macht schnell und scharf pflegt sonst die Körper rasch zu verzehren; (*διέλυσε* Aor. gnom.) darauf folgte offenbar ein Satz der angab, wie an den Heldenbrüdern des Feuers Schnelligkeit gehemmt ward, um ihre Leiden zu vergrössern. Dieser Satz fehlt."

Quae quidem explicatio nimis artificiose excogitata est Nam ut nihil dicam de singulari illo acristo gnomico, qui apud Ps. Josephum nusquam praeterea invenitur, ne causam quidem intellego, qua factum sit, ut hic in media oratione tanta lacuna nasceretur. Mihi enim non dubium videtur, quin illa verba *ὀξεῖα γὰρ* etc. stolido librario tribuere debeamus, qui antecedens pronuntiatum explicaturus sententiarum conexum obscuraverit.

Atque adhuc de iis potissimum interpolationibus diximus, quae glossematum in modum fortuito insederunt, accedunt autem enuntiata, quae de industria a piis plerumque legentibus interposita videntur esse. Quorum in numero cum Ps. Josephus voce *πατέρες*, non *πατριάρχαι* uti soleat, ea enuntiata omnia habenda sunt, in quibus illa vox *πατριάρχαι* reperiatur.

Ouocirca recte Freudenthalius cap. XVI. p. 299, 28 haec verba eicienda esse condendit: *ἔτι δε καὶ τοῦτ' εἰδότας ὅτι οἱ διὰ τὸν θεὸν ἀποθανόντες ζῶσι τῷ θεῷ ὥσπερ ἀβραὰμ ἰσαὰκ καὶ ἰακὼβ καὶ πάντες οἱ πατριάρχαι.*

Iniuria igitur Fritzschius septimo capite p. 283, 32 optimos codd. secutus huic similem sententiam in textum recepit: *πιστεύοντες ὅτι θεῷ οὐκ ἀποθνήσκουσιν ὥσπερ οὐδὲ οἱ πατριάρχαι ἡμῶν ἀβραάμ καὶ ἰσαὰκ καὶ ἰακὼβ ἀλλὰ ζῶσι θεῷ.*

Neque possum reticere antecedentes quoque versus qui vulgo ita leguntur: *ἀλλ' ὅσοι ἔχονται τῆς εὐσεβείας, τὸν λογισμὸν φρόνιμον ἔχειν ἐξ ὅλης καρδίας προνοοῦσιν· καὶ οὗτοι μόνοι δύνανται κρατεῖν τῶν τῆς σαρκὸς παθῶν* in suspitionem mihi venisse. Miror enim quid sit, quod Ps. Josephus ad eandem interrogationem possintne omnes homines affectus regere necne, bis deinceps et diversa ratione ita responderit, ut cum primum solos pios (*οὗτοι μόνοι!*) carnis (!) perturbationes opprimere posse affirmasset, nihilominus rem porro tractaret et solos sapientes (*μόνος γὰρ ὁ σοφός*) fortitudine praestare diceret. Accedit quod hic locus in utraque codd. familia diversissima ratione traditur. Nam cum recepta Regii scripturam sequatur, alterius familiae principes S α L multo

breviorem lectionem praebent: ἀλλ' ὅσοι τῆς εὐσεβείας προνοοῦσιν ἐξ ὅλης καρδίας, οὗτοι μόνοι δύνανται κρατεῖν τῶν τῆς σαρκὸς παθῶν. quam Fritzschius genuinam esse censet. Quamquam cum parum eluceat, quomodo altera scriptnra ex altera nasci potuerit, veri est simillimum neutram lectionem ad ipsum Ps. Josephum redire, sed illa verba a librariis Christianis adiecta esse, qui quod philosophiae tantum non pietatis vis illustraretur, aegre ferebant. Atque haec mea opinio singulari elocutione τῆς σαρκὸς παθῶν quae apud Ps. Iosephum inusitata est, valde confirmatur. Nullo enim quod scio genuino loco orationis carnis ita mentio fit, ut aeque atque in novo testamento (et hoc loco) pro toto corpore adhibeatur.

Nec minus offendi in iis verbis quae paulo post (p. 284, 2) leguntur, καὶ πεπιστευκὼς θεῷ, quippe quae a Ps. Iosephi ratione sentiendi ut mihi videtur valde discrepent. Hac enim elocutione nisi violenter verba premis, aliud non significatur, quam homines, cum deum se adiuturum esse confiderent, affectus posse coercere, quod ut cum Christianorum fide, qui deum clementem patrem esse credunt, optime consendit, ita contra auctoris Iudaei sententiam prolatum est. Docet enim Ps. Iosephus, a deo, cuius ne iram moveant, homines Iudaei semper timeant, legem esse datam quam nullo modo violare liceret. Itaque ne cibos lege interdictos ederent, Maccabaei qui vocantur, crudelissima supplicia patienter tulerunt. Ipsum autem deum iis auxilio venisse vel eorum animos confirmavisse nusquam commemoratur. Sed omnes loci qui huc spectare videntur a Christianis ab oratore dissentientibus male interpositi sunt. Nescio an id quoque addere debeam, quod verbum πιστεύειν spuriis locis orationis saepius invenitur. cf. p. 283, 22 πιστεύοντες . . . ὅτι θεῷ οὐκ ἀποθνήσκουσιν . . .

Sed vereor ne nimius in hoc genere videar. Itaque ne diutius loquar de piorum legentium additamentis id unum adiungere mihi in animo est, non solum tota enuntiata irrepsisse, sed etiam singulas voculas ad elegantiam sermonis augendam a librariis insertas esse. Huc spectat illud quod

statim primo capite legitur: *θαυμασθέντες γὰρ οὐ μόνον*, ubi vulgo *ἐκεῖνοι* additur cum codex A *οὗτοι* praebeat; et paulo post p. 271, 20 in verbis *πόσαι παθῶν ἰδέαι* interpolamentum *αἱ τῶν* quod a S L aliis libris iure repudiatur. Nec desunt loci quibus *τε* interponatur, id quod p. 271, 30 factum est, ubi contra Regii auctoritatem perverse legitur *ἡδονή τε καὶ πόνος* cum legi debeat *ἡδονὴ καὶ πόνος*. Quid quod verba composita a librariis ornandi causa saepenumero pro simplicibus adhibentur. Cf. p. 271, 10 *αἰκισαμένων* quod in deterioribus libris in *καταικισαμένων* mutatum est. Recte igitur Fritzschius p. 279, 25 optimos codices secutus est, cum pro *εὐσεβεῖν* quod recepta praebet, *σέβειν* restitueret. Praeterea in omnibus libris orationis, quod ut per se minoris momenti est, ita ad rationem artis criticae constituendam plurimum valet, multa verba alio ordine collocata sunt, cuius mutationis exempla in quovis capite inveniuntur.

cf. p. 273, 10 *εἴργηκεν ἡμᾶς ὁ νόμος* S a
" *ὁ νόμος ἡμᾶς* L B
ἡμᾶς εἴργηκεν ὁ νόμος vulgo;
p. 273, 30 *ἔχθρας ἐπικρατεῖν ὁ λογισμὸς δύναται* S vulgo
" *δύναται ἐπικρατεῖν ὁ λογισμός* L
ἔχθραν ὁ λογισμὸς ἐπικρατεῖν δύναται = a
p. 280, 17 *οὔτε λόγοις δεσπόσεις οὔτε δι' ἔργων* S a L B
οὔτε δι' ἔργων οὔτε λόγοις δεσπόσεις A
οὔτε διὰ λόγων οὔτε δι' ἔργων δεσπόσεις A B C

Quamquam igitur propter magnam liborum discrepantiam non omnibus locis fieri potest, ut quid in archetypo fuerit intelligamus, tamen quod supra in universum diximus, simpliciorem scripturam reliquis praeferendam esse, id huc quoque pertinere arbitror. Quocirca eo loco quem postremum adduxi, Regii lectionem: *οὔτε διά λόγων οὔτε δι' ἔργων δεσπόσεις* elegantiori Sinaitici scripturae antepono.

Sed iam ad eos locos transgredi libet, quibus ipsa oratoris verba a libroriis mutata sunt. Ac primum ut oratio numerosius coderet, particulae, coniunctiones *τοίνυν*, *δὴ τοίνυν*, *γοῦν* etc. simpliciorum verborum (*δὲ*, *γὰρ* etc.) in locum sup-

posita sunt, praecipue iis locis quibus illae venustae coniunctiones paulo ante ab ipso auctore adhibitae leguntur. Ineunte enim capite altero, ubi duae deinceps sententiae coniunctionibus *τοίνυν* et *δὴ τοίνυν* bene incipiuntur, nescio an ea quae sequuntur enuntiata (*σοφία δὲ* et *αὕτη δὲ* = R) iniuria vulgo iisdem pulchris particulis exornentur. Idem fere existimo de loco quodam tertii capitis p. 273,8 (*λέγει γοῦν ὁ νόμος*) qui, cum paulo ante recte particula *γοῦν* adhibita sit (p. 273,1) eademque postea legatur (p. 273,16), inepte eodem modo cum antecedentibus conectitur. (A habet *τοίνυν*.) Est enim ni fallor cum Regio scribendum: *λέγει γὰρ ὁ νόμος*. Atque haec minoris momenti sunt, nunc graviora contemplemur. Nam quam supra tetigimus difficultatem, cum permagnam inter utriusque familiae lectiones differentiam intercedere viderimus, ea quoque librariorum cupiditati orationis exornandae tribuenda est. Nam cum nemo ante explicare potuerit, quomodo ex optimorum codd. scriptura *εἷς πρῶτος ἐκ τῆς ἀγέλης ἑβραῖος* (cap. V p. 278,14) Regii lectio *ἐκ τοῦ ὄχλου ἀνήρ τις* facta sit, nihilo autem secius utramque codd. familiam ad unum archetypum redire constet, simpliciorem hoc loco Regii scripturam in archetypo fuisse suspicor, ex qua librarii ut solent elegantiorem illam Sinaitici lectionem formaverunt. Quod eo veri est similius, quod dubitandum est, num auctor Iudaeus tam viliter de civibus suis cogitaverit, ut diceret: *εἷς . . . ἐκ τῆς ἀγέλης ἑβραῖος*. Praeterea cum per se pateat, illum hominem Iudaeum fuisse, superfluum erat addere *ἑβραῖος*, quod a Sinaitico iure abest.

Simili autem modo cap. IV p. 277,2, ex his Regii verbis: *ὁ δὲ πεσὼν ἡμιθανὴς ἐπὶ τὸν πάμφυλον* venustior alterius familiae scriptura facta est: *καταπεσών γέ τοι ἡμιθανὴς ὁ Ἀπολλώνιος ἐπὶ τὸν πάμφυλον*. Aliis tamen locis Regii scripturae lectio Sinaitici praeferenda videtur: Nono enim capite p. 287,3 ubi vulgo ita legitur: *εὐθὺς οὖν τὸν πρεσβύτατον . . . παρῆγον* (R) recte Fritzschius alteram familiam (S α S) secutus posuit: *ὅθεν τὸν πρεσβύτατον* etc. quam verborum structuram Ps. Iosephus saepius adhibuit. cf. p. 281,7 *ὅθεν τὰ μὲν ἐλεοῦντες* . . . et p. 292,8 *ὅθεν*

καὶ οὗτος ἀποθνήσκειν μέλλων. Quamquam non desunt loci, quibus nihilominus, quam familiam sequi debeamus, in dubio remaneat. Quaeritur enim utrum cap. VI p. 281,13 cum S α scribendum sit: *καὶ ὁ ἐλεάζαρος ὥσπερ πικρότερον διὰ τῆς συμβουλίας αἰκισθεὶς ἀνεβόησε* an id quod vulgo legitur retineri possit: *ὁ δὲ ὡς πικρότερον αἰκισθεὶς διά τῆς συμβουλίας ἔκραζε λέγων.* Nec minus incertum est, num paulo ante p. 281,3 Fritzschius iure vulgatam scripturam repudiaverit: *καὶ ὡς γενναῖος ἀθλητὴς ὁ γέρων ἐνίκα τοὺς βασανίζοντας,* cum altera familia (S α L) nisus scribendum existimaret: *καὶ καθάπερ γενναῖος ἀθλητὴς τυπτόμενος ἐνίκα τοὺς βασανίζοντας ὁ γέρων.*

Atque haec quaestio non prius ad finem perducetur, quam et plures quam nunc habemus librorum collationes in medium prolatae et ii codices quibus Havercampus usus est accuratius excussi fuerint. Tum demum fieri poterit, ut quomodo corruptelae natae sint, certis argumentis demonstremus, id quod nunc ex singulis exemplis*) divinare tantum atque conicere licet. Neque cum orationis libri aetate ita inter se differant, ut codices habeamus multis saeculis post Sinaiticum exaratos, causam perspicio, cur corruptionis progressus cognosci non iam possit. Editores quidem quibus

---

*) cf. hunc tertii capitis locum p. 273,2 quo ut Freudenthal declaravit (p. 51) in archetypo erat: *ὅτι διανοίᾳ περιεκράτησε.* Irrepsit deinde glossema *τῷ λογισμῷ* ut ex Alexandrini scriptura cognoscitur. Praebet enim α: *ὅτι τῷ λογισμῷ διανοίᾳ περιεκράτησε.* Qua ex lectione recepta nata est:

ὅτι τῷ λογισμῷ καὶ τῇ διανοίᾳ περιεκράτησε Eodem modo ni fallor res se habet cap. IV p. 277, 14, ubi in archetypo fuisse videtur: *ἀνήρ ὑπερήφανος* quae quidem lectio in α glossamate *δεινός* deformata est. α = *ἀνὴρ ὑπερήφανος δινός* Exhibet autem L: *ἀνὴρ ὑπερήφανος καὶ δεινός* quod deteriores libri ita mutaverunt, ut vulgo legatur: *ἀνὴρ πάνδεινος καὶ ὑπερήφανος.* Huc quoque spectat ut opinor locus cap. XVII p. 301,12 archet = *διὰ τοῦ αἵματος καὶ τοῦ ἱλαστηρίου αὐτῶν* Legitur autem in α: *διὰ τοῦ αἵματος καὶ τοῦ ἱλαστηρίου [θανάτου] αὐτῶν* cum recepta articulum *τοῦ* adiciat. vulgo = *διὰ τοῦ αἵματος καὶ τοῦ ἱλαστηρίου τοῦ θανάτου αὐτῶν.*

major doctrinae copia est et quibus plures quam nobis praesto erant, collationes patent, quomodo recepta ex archetypo paulatim conformata sit, facile explorabunt.

Sed antequam ad reliqua pergamus aenigmatis cuiusdam philologici, quod ni fallor ab Havercampi socordia originem ducit, mentionem facere libet.

In primo enim editionis suae operum Flavii Iosephi volumine Havercampus sigla Hudsonii adhibuit, quorum multa ne ipse quidem intellexit. Qui factum est, ut quod recte Freudenthalius (p. 132) animadvertit, locis quibusdam post siglum C L (= cod. Lips.) verba „et Lips" adiceret, quasi C L alius liber ms. non ipse Lipsiensis esset. Eodem modo obscurum codicem C A, (= cod. Alex.) quem Freudenthal Ca vocavit, in libros irrepsisse suspicor. Nam cum ex siglorum indice, in quo Alexandrinus Car appellatur, quod tamen siglum nusquam usurpatur, hunc codicem vel eius collationem ab Havercampo re vera adhibitum esse eluceat, in ipsa editione aliis eum literis atque ante signatum esse credo, quas nemo ad id tempus inquirendo repperit. Freudenthalii enim coniectura, qui Al Alexandrinum significare opinatur, cum ipse priores tantum lectiones quadrare, postea Al pro aliis codd. et aliis edd. adhibitum esse confiteatur, num cui placeat dubito. Itaque in eam sententiam veni, ut aeque ac cod. Lipsiensis C L vocatur, eodem modo cod. Alexandrinum non Cantuariensem, quod vulgo creditur, literis C A signatum esse censeam. Congruunt enim omnes lectiones sub titulo C A allatae tam accurate cum Alexandrini scriptura, ut etiam eae, quae quod scio in uno Alexandrino reperiuntur, Cantuariensi tribuantur. Huc spectant verba, quae primo capite p. 270,6 in α interposita sunt [*καὶ φρονήσεως*] *ἐναντίων*, et elocutio quaedam capitis alterius p. 272,27 *ἀποτρεπόμεθα*; nec minus vox tertio capite adhibita p. 275,15 *πανοπλίας* (vulgo *παντευχίας*).

Quid quod etiam illud enuntiatum capitis decimi, quod ex α in A transscriptum esse supra ostendimus: *πρὸς ταῦτα εἴ τι ἔχετε κολαστήριον προςαγάγετε τῷ σώματί μου τῆς γὰρ ψυχῆς οὐδ᾽ ἂν θέλητε* etc. codici C A ab Havercampo

attribuitur. Itaque mihi quidem non dubium videtur quin C A signum sit Alexandrini et raro tantum ad Cantuariensem — si modo hic codex exstat, quod nescio — referri debeat. Neque me movet, quod innumerabiles illi Alexandrini iotacismi non semper accurate redditi sunt; haec enim mutatio eius viri neglegentia, qui codicem contulit, facile explicatur.

Iam vero ad eam opinionem transgredi libet, quam Freudenthal de lacunis orationis posuit. Atque quod supra iam uno exemplo demonstravimus (p. 295,1) viri docti suspicionem fundamento carere, id prooemii quoque statu confirmatur. Causam autem si quaeritis, qua Freudenthalius ut magnas in prooemio lacunas et a librariis male suppletas statueret, ductus sit, argumentum primi capitis vir doctus parum intellexit. Adde quod eadem dubitatio, quae in primo capite profertur, cum etiam oblivio atque ignorantia sub rationis dominatione sint, in tertio capite sine iusta causa iterum prolata videtur esse. Primum igitur de capitis sensu disserere debemus, qui qualis sit ex enarratione argumenti optime cognoscitur.

Initio orator, posteaquam quid sibi tractandum proposuerit explicavit et cum rem parum cum Iudaeorum fide cohaerere sentiret, apud audientes quasi se excusavit, eosque ut orationem attente audirent — eam enim omnibus utilissimam esse — adhortatus est, statim more praedicantium partes iudicavit, in quas dicendi materia divideretur. Disserendum enim sibi esse de iis affectibus, qui et temperantiae et iustitiae et fortitudini impedimento essent, non tamen, cum suas ipsius perturbationes ratio non possit coercere, de oblivione atque ignorantia. Esse autem re vera illos affectus sub rationis dominatione, cum aliis dicit causis tum constantia hominum, qui pro virtute mortem obierunt, probari posse, Eleazari, septem fratrum eiusque matris, qui omnes tyrannum Antiochum fortitudine superavissent. Quibus de rebus fusius se dicturum esse pollicetur, simulatque ut soleat, hypothesin praemiserit. — Docet igitur Ps. Iosephus veterum Stoicorum, Zenonis potissimum praecepta secutus, homines vitam agere debere sapientiae conformatam

(p. 271, 22), quae quattuor virtutibus *) exercendis efficeretur, prudentia, temperantia, iustitia, fortitudine. Impediri autem perturbationibus quibusdam, quae et ad corpus et ad animum spectarent (p. 271, 31), quominus illas virtutes assequeremur **). Atque prudentiae obstare oblivionem atque ignorantiam, temperantiae cupiditates, iustitiae improbam animi et corporis affectionem, fortitudini iram atque metum.

Quas quidem perturbationes rationem per prudentiam ***) qua ut instrumento uteretur, omnes coercere putat, iis exceptis quae ipsi prudentiae oppositae essent, oblivione atque ignorantia; nam fieri non posse dicit, ut suos ipsius affectus prudentia subiectos teneat. Logica igitur ratione prooemii enuntiata bene inter se cohaerere neque ullam sermonis lacunam hiare apparet. Illa vero sententia, quam Freudenthal ex tertio capite huc inepte translatum esse existimavit, non solum satis apta sed etiam maxime necessaria est. Praeterea non intellegitur, quo modo fieri potuerit, ut in prooemio recta sententia, in tertio capite corruptus locus inveniretur. Nisi forte eos librarios, qui locum huc transtulerunt, corruptelam bene sanavisse censetis. Verum nonne veri est similius integrum locum corruptum fieri, quam ex corrupta sententia

*) Brandis, Gesch. III. 2. p. 142: Erheblicher der Unterschied, dass die älteren Stoiker sich begnügten, die 4 sogenannten Cardinaltugenden, die sie der früheren Philosophie entlehnten, ohne eine Deduction derselben zu versuchen, in ihrer Weise zu definiren.

**) Brandis l. c. p. 136. Kann daher der Mensch nur gut und glücklich sein, indem er in Unabhängigkeit von allem Aeussern sich rein aus sich selber d. h. aus der ihm innewohnenden göttlichen Vernunft bestimmt, so muss er auch Alles überwinden, was seine Vernunftherrschaft zu trüben droht und als solches bezeichnete schon Zeno die Affecte.

***) Brandis l. c. p. 141: „Innerhalb deren die einige stets sich selber gleichbleibende Tugend, welche als die erste leitende oder Grundtugend φρόνεσις genannt ward, sich wirksam erweise. Hoc id quoque spectat quod Wellmann in annabilibus Fleckeis. 1762. I. p. 458 demonstavit cum diceret: es ergab sich als unangenehmer Uebelstand, dass mit demselben Namen die Fundamentaltugend φρόνεσις und eine ihrer 4 Arten belegt wurden. . . . Ariston hatte sie bestimmt als *die Tugend, welche darauf achtet was gethan werden müsse und was nicht.*“

evadere sonam? Haec igitur omnia Freudenthalii sententiae repugnant. Argumenta autem, quae a viro docto, ut eos de quibus agitur prooemii locos suspectos faceret, prolata sunt, ea cum nimis arguta excogitata sint, facile refutantur. Ac primum quidem parum perspicio, quid in verbis *καὶ ἄλλως τῆς μεγίστης ἀρετῆς λέγω δὴ φρονήσεως περιέχει ἔπαινον* vituperavit, cum prudentiae, summae virtuti temperantiam haud imparem opponi moneret (p. 151). Prudentia enim, ut ex ipsis oratoris verbis cognoscitur et Stoicorum doctrina confirmatur, quasi instrumentum est, quo ratio ad perturbationes coercendas utitur. Itaque cum rationem laudaret quippe quae affectus regeret etiam, prudentiam ante omnia praedicare debebat. Nec magis considerate reprehendisse videtur, quod temperantia, quae quidem ceteris virtutibus nihil praestaret, primaria allata atque eodem enuntiato cum prudentia coniuncta esset. Etenim cum fieri non posset, quin ab aliqua inciperet, nescio cur temperantiam eligere Ps. Iosepho non licuerit, quam ipsam virtutem etiam p. 272, 17 primam commemoravit (*ἐπιθεωρεῖτε δὲ π ρ ῶ τ ο ν διὰ τῶν κωλυτικῶν τῆς σ ω φ ρ ο σ ύ ν η ς παθῶν*). Illam vero transitionis formam *ἀλλὰ καὶ* quo iure vituperaverit, nullo modo intellego, sed vereor ne in dumeta correpserit. Iam quod locum qui exstat p. 270, 8 *γαστριμαργίας τε καὶ ἐπιθυμίας* notaverit, non probandum censeo. Neque ea difficultas quam cum una improbitas (*κακοήθεια*) iustitiae opponeretur, se indagavisse putavit, reputanda reapse deprehenditur. Nam propter id ipsum, quod improbitatem latissime patere dixit, necesse non erat, huic aliud exemplum adiungere. Denique iram; quae animos pugnantium obcaecat, fortitudini quae mente ac moderatione utitur, impedimento esse, quis est qui neget?

Haec igitur quae Freudenthal suspecta reddidit, nos non offendunt, offendit, quod illum fugit, additamentum *καὶ πόνου*. Nam cum ipsi labores fortitudini non obstent, sed metus laboris (*φόβος*) qui antecedit, aeque atque antea cupiditates voluptati antecedentes temperantiae opponuntur, non ipsa voluptus, timeo ne illa verba *καὶ πόνου* a librariis

male adiecta sint. Apparet igitur ut singula fortasse corrigenda sint, ita iustas causas deesse, cur Freudenthalium secuti hanc totam orationis partem spuriam esse arbitremur. Nimirum homini docto, qui dispositionem in chriae formam coartare studuit, valde displicuit, quod „partitionem“ iam initio orationis factam videret. Nos autem qui sine ira ac studio rem consideramus, multa aliter iudicamus. Idem fere de conclusione libelli existimo, in qua non lacunos hiare, quod Freudenthal voluit, sed maiora interpolamenta confluxisse censeo. Totum enim caput XVIII (p. 301, 25 — 303, 7) mea sententia a librariis additum est. Neque me movet, quod ille vir doctus (p. 155) fieri non potuisse, ut ab eodem homine illa omnia componerentur, declaravit. Nam cum totam orationem Christianorum interpolationibus abundare constet, facile accidere potuit, ut in fine magnus interpolamentorum numerus conflueret, quae a diversis librariis ascripta, postea ita coniuncta sunt, ut ad ipsius orationis conclusionem pertinere viderentur. Exempli gratia verba *ὢ πικρᾶς τῆς τότε ἡμέρας* etc. a librario composita esse suspicor, qui cum miseram Maccabaeorum sortem deploraret, enuntiato *ὑπὲρ ὧν ἡ θεία δίκη* etc. sibi ipsi tristitiae solatium praeberet. At quae antecedunt enuntiata (p. 302, 3 — 28) ex a docto quodam monacho ascripta videntur esse. Sed de hac quidem re alio fortasse loco accuratius disputabimns. Sed quoniam de ratione ac via qua in textu corrigendo progredi debeamus satis multa verba fecisse mihi videor, nunc ut tractationis exempla nonnullos orationis locos emendare libet quorum, qui difficiles videntur esse eos uberius paulo consideremus, reliquos breviter perstringamus.

EXEMPLA TRACTATIONIS.

Ac primum in prooemii quodam loco offendi p. 271, 13 qui vulgo ita legitur: *ὥστε καθαρισθῆναι δι' αὐτῶν τὴν πατρίδα* perverse; nam si in usum praepositionis *διὰ* apud Ps. Iosephum accuratius inquisiveritis, nusquam eam cum passivo verbi genere ita coniunctam invenietis ut per *homi-*

nes aliquid fieri significetur. Iis tantum locis quibus de *rebus* agitur illam instrumenti notionem habet. (cf. p. 281, 14 *αἰκισθεὶς διὰ τῆς συμβουλίας*). Hoc autem loco si Ps. Iosephus praepositione uti voluerit, non dubito quin scripserit *ὑπ' αὐτῶν καθαρισθῆναι* aeque ac paulo ante legitur *θαυμασθέντες γὰρ ὑπὸ πάντων*, vel minus dilucide *δι' αὐτοὺς* quam structuram, ut iam T. Mommsen animadvertit, orator valde adamat. Accedit quod in R A suspecta verba *δι' αὐτῶν* prorsus omittuntur, neque loco huic simillimo ea adiciuntur cap. XVII. p. 301, 9 *ἀλλὰ καὶ τῷ δι' αὐτοὺς τοῦ ἔθνους ἡμῶν τοὺς πολεμίους μὴ ἐπικρατῆσαι .... καὶ τὴν πατρίδα καθαρισθῆναι.*

Quae cum ita sint a me non possum impetrare, quin librariorum culpa ea insedisse credam.

Pauca etiam de hoc loco capitis IV. p. 276, 29 addere mihi in animo est:

ὑπερασπίσαι τοῦ ἱεροῦ καταφρονουμένου τοῦ τόπου

quo Bekkerus, cum nimis festinanter textum recenseret, simpliciter verba *τοῦ τόπου* removit, quamquam qui factum sit, ut in orationem irreperent, explicari nequit. Magis igitur Freudenthalii coniectura placet, quem scribendum putavisse memini *ὑπερασπίσαι τοῦ ἱεροῦ καταφρονουμένου τόπου.* Sed quoniam vox *ἱεροῦ*, quae propter antecedentem elocutionem *ἐν τῷ ἱερῷ* maxime superflua est, ab optimis codd. omittitur, puto ita legi debere: *ὑπερασπίσαι τοῦ καταφρονουμένου τόπου*, praesertim cum pro eo, quod vir ille doctissimus coniecit, nesciam, an auctor scripserit: *τοῦ ἱεροῦ τόπου καταφρονουμένου.*

Eodem capite (p. 276, 8) paulo ante legitur: *διαβάλλων ὑπὲρ τοῦ ἔθνους.* Quae verba iam pridem diligenter ponderans Freudenthal (p. 167) iudicaverat, aliquid vitii subesse in voce *ὑπὲρ*, quippe quae hoc loco sensu carerert, atque ostenderat pro *ὑπὲρ* legendum esse *κατά.* Subiecit deinde rationes quibus verisimile efficeret, illam depravatam lectionem librariorum culpa natam esse. Et potest alicui persuaderi, hominis docti coniectura locum in integrum restitutum esse. Ego vero, cum Freudenthalii coniectura a

literis traditis nimium absit, potius scripserim *διαβάλλων ἐπὶ τοῦ ἔθνους*, „maledixit ei coram populo“ aeque atque apud Lucianum invenitur: *γράψομαί σε παρανόμων ἐπὶ τοῦ Ῥαδαμάνθυος* apud Rhadamanthem te accusabo. Cap. V. p. 279, 24 Fritzschius contra codicum auctoritatem pro *ἰσονομεῖν* substituendum putavit *ἰσονέμειν*, quam coniecturam reiciendam esse ipsa forma prodit Atticis insueta. cf. Lobeck Phryn. p. 249 et Krueger §. 42, 8. Est autem librorum scriptura *ἰσονομεῖν* recte eodem modo formata atque *ἱπποτροφεῖν*. Iam vero experiri libet, ecquid opera mea corrigi possit locus quidam sexti capitis (p. 281, 19), quem cum depravatum esse constaret, etiam Fritzschius emendare voluit; sed eum quod petebat, assecutum non puto. Quin etiam leni eius mutatione grave ni fallor mendum grammaticum in textum illatum est. Cum enim post *μιαροφαγίας* pro commate quod vulgo ponitur, punctum scripserit, fieri non iam potest, ut coniunctivi *ἐπιβιώσωμεν* . . . *καταφρονηθῶμεν* ab *ἵνα* pendeant, sed nihil aliud relinquitur, quam ut in eodem enuntiato duos illos coniunctivos et unum optativum (*προασπίσαιμεν*) ad coniunctionem *εἰ* (*αἰσχρόν δ᾽ εἰ*) referamus; quam licentiam nunquam sibi sumpisset Ps. Josephus. Quamquam etiam in receptae quae vocatur lectione insunt quibus offendamur. Nam ut praetermittam, totam periodum nimis esse distentam, etiam coniunctio *ἵνα*, cum non de consilio sed de effectu sermo sit, parum quadrat. Verum ut nec statum melius perspiciatis, hunc locum in vernaculam linguam transferre mihi liceat:

„Es wäre thöricht, wenn ich . . . . jetzt mein Leben änderte und selber der Jugend zum Vorbild der Gottlosigdiente, *so dass* ich ein Beispiel der *μιαροφαγία* darböte.“

Dicimus igitur so dass, non damit, recte. Nam etiamsi Eleazar suppliciis victus cibos Iudaeis interdictos edisset, tamen *consilium* certe non habuisset iuventutis malo exemplo corrumpendae, sed quia ipse edit, idcirco iuventus corrumpebatur. Itaque in Graeca lingua non coniunctio *ἵνα* sed *ὥστε* adhiberi debebat. Praeterea tanta tautologia in verbis *ἀσεβείας τύπρος* et *παράδειγμα μιαροφαγίας* inest, ut

mihi persuasum habeam, verba ἵνα παράδειγμα γενώμεθα τῆς μιαροφαγίας ut antecedentia ἀσεβείας τύπος explicantur, glossematis in modum margini ascripta librariorum culpa in textum irrepsisse. Quibus sublatis pro coniunctivis ἐπιβιώσωμεν (codd. praebent ἐπιβιώσομεν) et καταφρονηθῶμεν, quos cum ab ἵνα pendere viderentur, librarii iniuria correxerunt, optativi restituendi sunt, quorum unus προασπίσαιμεν quasi signum relinquebatur.

Septimo capite p. 283, 22 Freudenthalius librorum scripturam: ἀνενέασε τῷ πνεύματι διὰ τοῦ λογισμοῦ mera librariorum coniectura natam esse iudicat ex ἀνενέασε τῷ πνεύματι τοῦ λογισμοῦ (er verjüngte sich durch die Kraft der Vernunft). Quae etsi ingeniose excogitata sunt, tamen propter singularem vocis πνεῦμα notionem mihi non probantur. Nihil autem in tam corrupta oratione obstat, quominus verba τῷ πνεύματι a Christianis addita esse censeamus, ut non tam ratione sed *spiritu sancto* — id enim πνεῦμα in novo testamento significare solet, Eleazarum iuveniles vires accepisse iudicetur.

Cap. IX. p. 286, 30 καὶ ἐσόμεθα παρὰ θεῷ δι' ὃν καὶ πάσχομεν omisit S L; recte. Nam haec ni fallor multo aptius ad Christianorum quendam interpolatorem quam ad auctorem Iudaeum referuntur. p. 286, 31 ἡμῶν ante μιαιφονίαν in quo Freudenthal (p. 159) offendit, mea sententia tollendum est. Abest enim a loco huic simillimo: cap. X p. 289, 8 σὺ δὲ διὰ τὴν ἀσέβειαν καὶ μ ι α ι φ ο ν ί α ν ἀκαταλύτους καρτερήσεις βασάνους. Undecimo capite p. 290, 5 verba δήσαντες αὐτὸν librarii errore ex sequenti versu huc translata videntur esse.

Cap. XII. p. 291, 23 ὡς ἐροῦμεν μικρὸν ὕστερον.

Quae verba Daehnius, ut illa (spuria) matris oratio cap. XVIII. p. 302, 3 praenuntiaretur, adiecta esse existimavit. Contra quem Grimmius orationem promissam iam cap. XVI. p. 299, 9 exstare animadvertit. Quamquam cum loco (cap. XII) de quo agitur matrem *eum* (scil. postremum filium) lingua hebraica admonuisse narretur, illud ὡς ἐροῦμεν μικρὸν ὕστερον neque ad sextum decimum octavum caput satis quadrat, ubi mater *omnes* filios alloquitur. Ita-

que haec verba a librario, qui in eundem atque Grimmius errorem inciderat, perverse inserta esse suspicor.

Nunc quod subiciam tale est, ut propter magnas quae insunt difficultates accuratissimam quaestionem instituere opus sit. Dico enim de posteriore parte cap. XIII (iam inde a verbis *οὐκ ἀγνοεῖτε δὲ* usque ad finem) quae corruptelis adeo depravata est, ut num quis ad id tempus sensu recte intellexerit, dubitare possis. Bekkerus quidem eo absurditatis progressus est, ut cum ipsos septem fratres de lubricis illis rebus disputavisse existimaret, non solum antecedens enuntiatum quod re vera fratribus tribuendum est *μὴ καταισχύνης — ἀδελφοὺς*, sed etiam magnam illam periodum usque ad *ἀσκήσεως* p. 293, 31 signis includeret. Quamquam qui accuratius paulo locum consideraverit, verbis *οὐκ ἀγνοεῖτε δὲ* oratorem audientes suos alloqui facile perspiciet. Dicit enim: Non ignoratis (o audientes) fraternitatis iucunditatem, quam divum ac sapiens numen per patres liberis inseruit et per matris alvum, in quo cum idem temporis spatium fratres degerint*) eodem sanguine nutriti et per eandem animam ad maturitatem perducti . . . . sustentantur animae fratrum se diligentium et valde augentur communibus alimentis et vitae consuetudine etc. Ut igitur breviter sensum periodi comprehendam, amor ait fratrum communi origine excitatus cum aliis rebus tum vitae consuetudine vulgo augetur. Quam ab rem fratres (doloribus affecti) inter se misericordia commoveri solent, quae apud illos septem fratres, quippe qui eadem lege instituti easdemque virtutes colentes etiam magis inter se diligerent, maior erat solito. Nihilo autem secius, etsi tot tantisque amoris vinculis conectebantur, tamen aspectum fratrum crudelissime vexatorum non modo propter pietatem ferebant, sed etiam eos, ut mortem obirent, admonebant. Argumentatur igitur eadem ratione atque quinti decimi capitis initio, quo, ut magnitudinem

*) Verba *καὶ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ πλασθέντες* suspecta habeo. Aut enim cum idem significent atque antecedentia, superflua sunt, aut cum de fratribus eodem tempore natis hic sermo esse non possit, sensum perturbant.

amoris, quo illa mater filios prosecuta sit, illustraret, primum quanta parentum erga liberos caritas vulgo esse soleat, ostendit, deinde postquam illam matrem filios etiam magis solito dilexisse affirmavit, constantiam eius praedicat, quae suppliciorum aspectum propter pietatem tulerit. Hoc autem loco amorem fratrum, qui vulgo naturae vinculis (*φύσεως ἤθη*) excitaretur et vitae consuetudine augeretur, etiam eiusdem legis institutione et virtutibus communiter colendis (*ἀρετῆς ἤθη*) magis elatam esse declaravit. Sed quoniam iam antea, cum de *omnibus* fratribus diceret, legis potentiam verbis:

καὶ τῆς ἡμετέρας ἐννόμῳ θεοῦ ἀσκήσεως

laudavit, nescio qui factum sit, ut magnum *illorum* fratrum amorem partim communi legis institutioni tribueret (*νόμῳ γὰρ τῷ αὐτῷ παιδευθέντες*). Qua re suspicio movetur, aut ea quae antecedunt verba *καὶ τῆς — ἀσκήσεως* aut totum enuntiatum *νόμῳ γὰρ — ἠγάπων* tolli debere. Facile autem fieri poterat, ut librarius qui, quod postea Beckkero accidit, rem male intellexit, cum iam in primo enuntiato *οὐκ ἀγνοεῖτε δὲ* etc. de septem illis fratribus disputari arbitraretur, suspectum locum *καὶ τῆς ἡμετέρας* etc. interponeret. Praeterea veri est similius oratorem, ut in capite XV. ab omnium animalium amore liberorum exorsus est, sic hoc loco primum non solum de Judaeis, sed de omnibus hominibus dixisse, cum hoc modo oppositio sententiarum multo dilucidior nasceretur.

Restant tamen alia, quae hominem criticum offendant. Cum enim initio paginae 294 (*νόμῳ γὰρ — φιλαδελφίαν*) ter deinceps prorsus eadem sententia quamvis minoris momenti sit, exagitetur et quod haud minus displiceat, eadem coniunctione *γὰρ* quae ad sensum parum quadrat, conectabit, dubito num tantam dicendi perversitatem Ps. Josepho, qui elegantiam sermonis semper appetit, tribuere liceat.

Adde quod in ultimo enuntiato *σὺν γὰρ τῇ εὐσεβείᾳ* etc. inepte de sola pietate dicitur, quamquam orator in sequentibus verbis cum omnia argumenta comprehenderet, pietatis mentionem non fecit, sed virtutem (*ἀρετῆς ἤθη*) quam illi

communiter colebant, amorem auxisse affirmavit. Nescio an id quoque addere debeam, praepositionem σὺν quae illo loco exstat, spuriis orationis locis saepius inveniri. Quinque enim geminis locis, quattuor spuriis est adhibita. Quae cum ita sint facere non possum quin enuntiatum σὺν γὰρ τῇ εὐσεβείᾳ etc., quod Christiani interpolatoris speciem prae se ferre videtur, geminum esse regem. Praeterea commemorandum est, verba καὶ μέχρι θανάτου βασανιζομένους ab ipso auctore orationis scripta non esse. Nam ut praetermittam, quam languida hoc additamento fiat periodus, id unum quaestionem solvit, quod in pluribus libris mss. vocula καὶ omittitur, quam alia de causa additam non esse apparet, quam ut glossema*) μέχρι θανάτου βασανιζομένους cum textu coniungeretur. Ceterum etiam aliis locis idem fere interpolamentum irrepsit. Cf. p. 300, 18 ποικίλας βασάνους [μέχρι θανάτου γινομένας] ὑπομένουσαι quo quidem loco vis orationis interpolatione valde attenuatur (μέχρι θανάτου exhibet α quod cum in textu insedisset, postea ne quis de matris morte cogitaret, γινομένας adiectum est).

DE CONSILIO QUO ORATIO COMPOSITA SIT.

Et adhuc quidem ita nobis progressa ratio est, ut et viam, qua textus corrigendus sit, contemplati simus et singulis orationis locis quos depravatos putavimus medelas adhibere studuerimus; nunc autem aliud iam tractandi sequamur genus. De argumento enim libelli ac de consilio dicendum est, quo auctor eum composuerit. Nam cum Ewaldus hoc unum fere exemplum esse nobis traditum et valde praeclarum censeat orationis sacrae Judaeorum, Grimmius argumentum ex altero Maccabaeorum libro desumptum ita tractatum esse existimavit, ut *legentibus* scriberetur, non audien-

---

*) Nec minus tollenda esse suspicor haec tertii decimi capitis glossemata: p. 292, 19 τῷ [ἐπαινουμένῳ παρὰ θεῷ] λογισμῷ et p. 293, 11 ἐν αἰωνίῳ βασανισμῷ κείμενος.

tibus. Contra quem Freudenthal illam alterius Macc. libri partem (VI 18 — VII 14) oratorem non tractandam sibi proposuisse, sed utramque narrationem ex eodem fonte fluxisse animadvertit. Dicit enim:

„Es handelt sich also hier nur um eine Benutzung der Geschichte für moralische und rhetorische Zwecke ... Das Schriftchen ist also keine Homilie .... als Schwerpunkt des Ganzen wird vielmehr, wie in den griechischen Rhetorenschulen, ein philosophischer Satz hingestellt."

Haec igitur viri docti statuerunt; nos autem ne fundamento caveamus, ipsius auctoris verba accuratius animo complectamur, nam ni fallor hac sola ratione quaestio diiudicari et ad finem perduci potest. Summi autem momenti prooemii verba sunt: *φιλοσοφώτατον λόγον ἐπιδείκνυσθαι μέλλων* etc., quae quo melius rem perspiceremus, in patrium sermonem ita transtuli:

„Ich will euch (einmal) eine recht philosophische Prunk-Rede halten über das Thema, ob die Vernunft Herrscherin der Affecte ist; da möchte ich euch nun recht sehr gerathen haben, dass ihr hübsch Acht gebt auf die Philosophie, denn meine Rede ist nöthig zu Wissen für Jedermann."

Quae verba qui sine ira ac studio consideraverit, nescio an *audientes* hoc loco, non legentes quod Grimmius voluit oratorem alloqui sentiat. Tali autem adhortatione ut philosophiam attente audiant — eam enim omnibus necessariam esse, — num homines re vera eruditos Ps. Josephus allocutus fuerit, vehementer dubito. Itaque quamvis Freudenthal huic sententiae repugnaverit, facere non possum, quin eos qui audierunt recte a viro docto, ni fallor a Grimmio „Gemischtes Synagogenpublikum" apellatos esse credam. Considerate tamen alia. In illis oratoris verbis, qui postquam quid sibi tractandum proposuisset explicavit, audientes, ut hanc philosophiae orationem attente audirent, adhortatus est, eam enim omnibus hominibus utilem fore, subauditur tales orationes vulgo eum non habuisse, sed alias quasdam quae philosophiam non attingerent. Nam si saepius tam philosophicas ut hoc verbo utar, orationes habuisset, opus ei non

fuisset, audientes admonere ne philosophiam, quippe quae omnibus (non solum eruditis, id quod subauditur) necessaria esset, neglegerent. Itaque Freudenthalio, qui opinionem huic contrariam proposuit, equidem non assentior, praesertim cum ex verbis *φιλοσοφώτατον λόγον ἐπιδείκνυσθαι μέλλων* (im Begriff eine *recht philosophische Prunkrede* zu halten) satis eluceat, hanc philosophiae orationem *extraordinariam* quandam fuisse. Quamquam igitur ut opinor negari nequit, reliquas Ps. Iosephi orationes ad philosophiam non spectavisse, tamen eas huic simillimas, id est eodem modo institutas fuisse, ex ipsis oratoris verbis cognoscitur. Habebat enim, ut exeunte capite primo declaravit (p. 271, 15) eas orationes, quae ab hypothesi incipere solerent. Qua ex re (et ex quarti capitis verbis ἤδη . . . . ὁ καιρὸς ἡμᾶς καλεῖ ἐπὶ τὴν ἀπόδειξιν τῆς ἱστορίας) colligere licet, orationes eius in duas plerumque partes ita distributas fuisse, ut praeter definitionem ac probationem, quae uno hypothesis nomine comprehenduntur, quasi summa orationis *narratio* quaedam ex Judaeorum historia uberrime tractaretur.

Ceterum ne huius quidem orationis virtutem ac praestantiam tantam esse existime, quam Freudenthal per philosophorum sententias inesse voluit. Nam quod praeter Stoicos etiam Eleatibus et Platoni et Aristoteli Ps. Josephum operam dedisse contendit, id nullo certo argumento firmatur. Stoicorum autem doctrinam intellegere, cui cum animi tranquillitatem magis spectarent, quam rerum cognitionem, etiam servos atque ineruditos vocavisse scimus difficillimum non erat. Praeterea cum tantum absit, ut orator eam quam sibi proposuit quaestionem more philosophorum ratione ac via et abstractis argumentis probaverit, ut exemplis potissimum et legis testimonio nisus totam orationem ad commune iudicium popularemque intellegentiam accommodaverit, eam non magis quam alias permultas orationes sacras, quae in ecclesiis habentur, philosophiae nomine decoxaverim. Magnam certe philosophi laudem, cum iis locis quibus Stoicorum praecepta ad verbum reddere non licebat, novi quicquam non excogitaverit, ego Ps. Josepho non tribuerim, neque intellego, quo

iure Freudenthal (p. 63) extraordinariam philosophiae intellegentiam in eo fuisse affirmaverit. Immo quod ex illis prooemii verbis φιλοσοφώτατον λόγον ἐπιδείκνυσθαι μέλλων etc. gaudium quoddam oratoris magnae suae ipsius doctrinae elucere videtur, neque auctor id praestitit, quod initio promisit, suspicio movetur, philosophi speciem eum alia de causa prae se non tulisse, quam ut audientium ineruditorum admirationem excitaret.

Restat ut difficultatem quandam de loco, quem Ps. Iosephus pietati tribuerit, breviter perstringamus. Cum enim initio ille Stoicos secutus esset, qui summos quattuor virtutes e Platone desumpserunt, quaestio existit quomodo cum hac philosophiae doctrina pietatem (εὐσέβεια) coniunxerit, cuius permagna vis hac oratione ante omnia celebratur. Explicat quidem Freudenthal (p. 63): „Aber die Religion steht unserm Verfasser in keinem Gegensatz zur Philosophie, sondern fällt mit ihr zusammen.“ Sed haec etsi per se falsa non sunt, tamen ad illam de qua dixi difficultatem tollendam minime sufficiunt. Et quod paulo ante exposuit, cum arguta vocis εὐσέβεια interpretatione nodum ita solvere conaretur, ut duas*) easque diversas huius vocis notiones statueret, id, quod neque tanto ingenii acumine quanto Freudenthalius confidit Ps. Josephus floruisse videtur, neque ille locus p. 283, 27 quo homo doctus maxime nititur, gennuinus haberi potest, facile corruit. Itaque si hanc rem iterum tractavero, me non inutilem spero laborem esse capturum. Ac tribus potissimum locis orationis considerandis quaestio diiudicari potest: p. 271, 25. p. 274, 19. p. 279, 24. Primo enim loco et res humanas utiliter et res divinas excelse legis institutione nos discere affirmatur, quam rerum humanarum divinarumque cognitionem sapientiam (σοφία) appellari. Men-

*) Dicit enim p. 62 ff.: „Hiermit ist in dem Begriff der εὐσέβεια selbst ein Unterschied gesetzt, den wir am besten bezeichnen, wenn wir das Wort bald mit Frömmigkeit bald mit Religion übersetzen . . εὐσέβεια in jenem Sinne ist die Wurzel . . εὐσέβεια in diesem die Blüthe, Religion die Mutter, Frömmigkeit die Schwester der Kardinaltugenden.“

tem (νοῦς) autem, quae prudenter vitam sapientiae conformatam eligeret, rationem esse (λογισμός). Apparet igitur rationem esse prudentem mentem quae legem quasi ducem sequatur. Neque iniuria Freudenthal (p. 49) explicavit:

„Das Denkvermögen des Menschen in seinem weitesten Umfange bezeichnet Ps. Iosephus mit dem Ausdrucke Geist νοῦς . . . Innerhalb des νοῦς fällt der λογισμός, der p. 271, 21 definirt wird, als Geist der mit rechter Ueberlegung das Leben der Weisheit sich erwählt.“

Idem fere ex altero loco cognoscitur p. 274, 19 quo ipsum deum et perturbationes homini insevisse et mentem ducem fecisse demonstratur, quae cum legem sequeretur, et moderatam et iustam et bonam et fortem vitam gereret. Mens igitur, quae prudentia legem sequenti nititur, ratio *) est. νοῦς φρόνησις (κατὰ τὸν νόμον) = λογισμός φρόνησις = εὐσεβὴς ἐπιστήμη.

Prudentem igitur rationem esse posse, quae legis praecepta neglegeret, auctor videtur negavisse. Qui fit, ut nullam omnino differentiam inter legem et philosophiam statuerit, quasi voce philosophia legis interpretatio significaretur. Quam explicationem haud ita subtilem vocari posse per se patet. Cum igitur hoc modo Ps. Iosephus id assecutus esset, quod in oratione sacra Iudaeorum maxime necessarium erat, ut philosophiam cum legis praeceptis conecteret, si ulla philosophandi facultas ei infuisset, paulum progressus ex oboedientia erga legem reliquas virtutes ut ex fonte deducere et summam virtutem ceterarumque caput pietatem appellare debebat. Hanc tamen conclusionem, quae logica ratione postulatur et quam Freudenthal illum fecisse

---

*) Hanc quoque doctrinam Ps. Josephus ex Stoicis desumpsit ita tamen, ut cum illi prudentiam instrumentum et normam agendi esse putarent, hic eam ut instrumentum constitueret, quod secundum legem agere deberet.

Stoici docent: prudentia (φρόνησις) = instrumentum et norma agendi

Ps. Josephus docet: { prudentia „ = instrumentum
lex = norma }

arbitratur, Ps. Iosephus facere non ausus ad Stoicos adnitebatur, qui pietatem partem esse iustitiae*) contenderunt, quippe quae non solum erga homines sed etiam erga deum officia servare doceat. *Subi*cere autem iustitiae pietatem cum Ps. Iosephus metu, ne Iudaeorum animos offenderet, dubitaret, subtraxit eam arbitrio dominae suae et reliquis virtutibus, parem *post ipsam iustitiam* posuit, id quod p. 279, 24 factum est. Sed nimis diu mihi videor in rebus quae philosophiam attingunt versari, age ad reliqua pergamus.

Ac totam orationem praeter prooemium et conclusionem in duo membra disiungendam esse, quorum prius et definitionem et probationem complecti videtur ipse auctor iudicavit. p. 271, 15 et 275, 30.

Probatio autem ita instituta est, ut exempla ex cottidiana vita et ex Iudaeorum historia promiscue electa proferantur, quae ad probandam suam sententiam orator maxime pertinere vult. In altera autem parte orationis iam inde a cap. IV. Ps. Iosephus narratione quadam de proditione Simonis praemissa ad Eleazarum septemque fratres transgreditur, qui summos propter pietatem dolores sustinuerint. Quin etiam animi cruciatus ferri posse praeclaro matris exemplo declaratur, quae non solum omnes filios suos crudelissimis suppliciis affectos aequo animo vidit, sed etiam ultra eos, ut libenter mortem obirent, adhortata est. Quibus expositis omnes audientes, ut eandem propter pietatem constantiam praestarent, admonuit *γιγνώσκοντες ὅτι τῶν παθῶν δεσπότης ἐστὶν ὁ εὐσεβὴς λογισμὸς καὶ οὐ μόνον τῶν ἔνδοθεν ἀλλὰ καὶ τῶν ἔξωθεν πόνων.*

Hac quoque distribuendi ratione illa Fritzschii sententia refutatur, qui disputationem philosophiae scriptiunculam esse, non opationem existimavit. Nam quoniam homines minus eruditi narrationibus magis delectari solent; quam

*) Cf. Brandis l. c. p. 142: „Den verschiedenen Seiten der Gerechtigkeit endlich — der Frömmigkeit *εὐσέβεια* und Redlichkeit *χρηστότης*, d. h. dem richtigen Verhalten gegen die Götter und Menschen."

abstractis ut ita dicam argumentis, longa illa quarti capitis historia inserta est, quae in disputatione philosophiae nos maxime offenderet. Ob eandem vero causam descriptionem suppliciorum, quibus Maccabaei vexabantur, Ps. Iosephus adeo produxit, ut multo maiorem orationis partem amplectatur, praesertim cum hoc modo et ethicum illud pronuntiatum cum fide Iudaeorum artissime coniungeret, et sibi ipsi praeclaram occasionem compararet omnes suas artes rhetoricas aperiendi. Adde quod minus intererat probare, cupiditates et reliquos eiusmodi affectus ratione coerceri, — eos enim unusquisque in cottidiana vita saepius opprimere cogitur — quam etiam summos et corporis et animi dolores sub rationis dominatione esse. Horrifice autem singula miserorum virorum supplicia illustravit, ut omnia deinceps membra desecabantur corporisque nervi rota frangebantur, nec dubium videtur, quin hoc modo omnes qui audierunt vehementer commoverit atque inflammaverit, cum etiam semiustulatos illos fidem servavisse viderent.

Sed ne nimium animi horrore percuterentur et post Eleazari mortem atrociter descriptam et post obitum septem fratrum longiore propositi recapitulatione, quae post dolores matris minus dire enarratos uno enuntiato coartata est, tempus iis dedit respirandi. Ac rhetorum sine dubio exemplo adductus nimium declamationum numerum inseruit, etsi qui fieri potuerit, ut homines ad mortem cruciati tot tantasque orationes haberent, parum intellegitur. Atque haec quidem in universum diximus. De singulis autem dispositionis membris multo difficilior quaestio nascitur. Quamquam id unum pro certo affirmari potest, Freudenthalium perverse dispositionem libelli in chriae formam coartavisse. Nam ut nihil dicam de Hermogenis inventoris huius tardi schematis aetate, qui plus centum annis post floruit, id certe commemorandum est, neque alterum neque tertium caput hac distributione satis explicari et totum orationis consilium obscurari. Quis autem unquam in iis exemplis, quae ex Hermogenis praeceptis composita sunt, laudationem maximam argumenti partem obtinere vidit, ut Freudenthalii

opinione, qui XIII capita laudationi Maccabaeorum tribuit, in hac oratione factum est? Immo quod homo doctus parum dilucide „Excurs“ appellavit, id unum proprie laudatio vocatur. Neque video, quo modo discrimen, quod inter exempla et testimonia ille facere conatus est, liceat servare. Id quidem quod p. 274, 1 — 6 exemplum appellavit, nescio qua differentia ab antecedentibus testimoniis separetur. Praeterea illa exemplorum et testimoniorum inversio (3, 4. 4, 3) cum nulla re excusetur, per se iam suspicionem movet. Videamus igitur, cum Freudenthalii opinio displiceat, quo modo nos singulas partes distribuendas esse censeamus. Dispositio haec est:

I. Exordium.
II. Hypothesis
  1) definitio p. 271, 18 — 272, 16,
  2) probatio p. 272, 17 — 275, 29.
III. Historia cap. IV — XVI
  1) introductio p. 275, 30 — 278, 6,
  2) narratio
    a. supplicia Eleazari tractantur
      α. narratio p. 278, 7 — 282, 12,
      β. recapitulatio p. 282, 13 — 20,
      γ. laudatio p. 282, 21 — 283, 27.
    b. supplicia septem fratrum
      α. narratio p. 284, 7 — 292, 16,
      β. recapitulatio p. 292, 16 — 22,
      γ. laudatio p. 292, 22 — 295, 3.
    } ἔξωθεν πόνοι
    c. dolores matris
      α. narratio p. 295, 4 — 298, 9,
      β. recapitulatio p. 298, 9 — 11,
      γ. laudatio p. 298, 11 — 299, 13.
    } ἔνδοθεν πόνοι
IV. Conclusio.

Atque adhuc dispositio satis clara est. Ea autem difficultas, quam inesse supra affirmavimus, tertio capite reperitur. Quaeritur enim, cum reliqua orationis membra concinne distributa sint, sit etiam probatio quae vocatur, in singulas partiunculas ab auctore separata, necne. Et quo-

niam Freudenthalii dispositionem parum quadrare vidimus, nunc accuratius ipsi in hanc rem inquiramus oportet.

Ac probatio quomodo disposita sit, ex prooemii partitione, quam supra fusius consideravimus, optime intellegitur. Separavit enim Ps. Iosephus hoc loco aeque atque antea factum est, tria perturbationum genera, quae aut temperantiae aut iustitiae aut fortitudini impedimento sint. Ac primum quidem iam inde a versu XVII. pag. 272 ἐπιθεωρεῖτε δὲ πρῶτον de temperantia verba fecit, cui et corporis et animi cupiditates obstare contendit. Et corporis libidines opprimi posse, ciborum quorundam exemplo demonstratur, quibus, cum lege interdicti essent, homines Iudaei abstinerent.

Quod probationis membrum, qui obiter tantum consideraverit, nescio an similitudinis specie deceptus eandem rem paulo post in tertio capite p. 273, 13, ubi de voracitate agitur, iterum tractari suspicetur. Quamquam illo tertii capitis loco non de ciborum cupiditate, sed de *prava* corporis affectione (voracitate ac temulentia) sermo est, quam iustitiae impedimento esse iam in prooemio affirmatur. Hoc autem loco, postquam de corporis cupiditatibus satis disputatum est, verbis καὶ τί θαυμαστόν etc. (p. 272, 32) cupiditates animi introducuntur, quarum unam, quam proprie dicimus voluptatem (ἡδυπάθεια), auctor primam commemoravit; praeterea ad legem provocavit, quae cum ne cupidum quidem esse iussisset, libidines opprimi posse confideret.

N.B. p. 272, 32 suspicatur Freudenthal (p. 57) scribendum esse ἐπιθυμίαι καὶ πρὸς τὴν τοῦ κάλλους μετουσίαν. Quae coniectura primum quod necessaria non est — equidem voculam καὶ ante αἱ τῆς addere mallem — deinde, quod verba πρὸς τὴν τοῦ κάλλους μετουσίαν spuria esse censeo, mihi non probatur. Explicat quidem Freudenthal (l. c.):

„ἡ τοῦ κάλλους μετουσία ist ein decenter Ausdruck und natürlich dasselbe wie der συνουσιασμός. Mit Grimm anzunehmen: der Verfasser führe die Geschlechtsliebe auf das Wohlgefallen der Seele am Schönen zurück und zwar hier bei der Liebe der Frau Potiphars zu Joseph, ist bei dem nüchternen Standpunkt des Ps. Josephus unmöglich.“

Sed ob eam ipsam, quam recte premit ieiunitatem vel sinceritatem auctoris, quae ex verbis νέος γὰρ ὢν καὶ ἀκμάζων πρὸς συνουσι-

p. 273, 12 ad improbam affectionem transiit iisdem fere verbis usus atque postea (p. 274, 5) cum de ira dicere vellet:

ὥσπερ καὶ τῶν κωλυτικῶν τῆς δικαιοσύνης παθῶν = ὥσπερ καὶ τὸν θυμόν.

Hoc igitur loco, ut supra iam exposuimus, primum earum perturbationum, quae ad corpus pertinent, voracitatis et temulentiae breviter mentionem fecit. Deinde postquam de avaritia, aliis eiusmodi vitiis disseruit, etiam nimium amorem parentum liberorum, uxoris, amicorum, quin etiam invidiam sub rationis imperio esse demonstravit. De fortitudine vero, quamquam expressis verbis hoc capite non dixit, tamen iram, quam huic virtuti oppositam esse antea commemoraverat, opprimi posse ostendit. Neque dubito quin metum, qui maxime fortitudini impedimento est, de industria hoc loco omiserit, quia paulo post in „historia," quae summam orationis complectitur, de hac perturbatione animi satis multa verba fiunt. In fine autem argumentationis rationis imperium ab ipso deo institutum esse satis apte declaratur.

Reliqua vero, quae hoc capite tractantur, cum a Freudenthalio parum dilucide „Contrarii" nomine ornata sint, ea praeter exemplum de siti regis David quod ad *totam argumentationem* pertinet, circumscriptionem vel circumcisionem

ασμέν satis elucet, a me impetrare non possum, ut ei tam pudicam elocutionem tribuam; interpolatorem enim, ut quomodo ψυχῆς ἐπιθυμίαι cum sequenti enuntiato cohaereant, ostendat, illa inseruisse maiorem verisimilitudinem habet. Praeterea a viro docto valde discrepo, qui etsi vulgo vocabula ψυχή et σῶμα distingui solent, tamen hoc loco utrumque verbum pro eodem accipere non dubitaverit. Nonnullis enim exemplis allatis, quibus explanare studuit, corporis et animi libidines saepius confundi, hic quoque ψυχῆς pro σώματος adhibitum esse Freudenthal affirmavit. Dicit autem p. 57: So umfasst zuweilen τῆς ψυχῆς ἐπιθυμίαι auch körperliche Begierden und ψυχή ist oft genug auch in der besten Prosa der thierische Trieb. Haec Freudenthalius. Quae num vera sint nescio, mihi quidem non videntur. Credo enim ex iis, quos ille attulit locis, nihil aliud colligi posse quam inter utrumque cupiditatis genus haudita magnum discrimen intercedere. Sed quoniam *ipse Ps. Josephus* p. 273, 20 *illa vocabula expressis verbis distinxit, fieri non potest, ut paulo post, cum altera de re agere vellet, alterius quasi titulum praemiserit.*

propositi appellaverim. Exponitur enim neque affectus sub rationis imperio esse, neque eam esse rationis vim, quae prorsus illos exstirpare possit; sed nimios tantum perturbationum stimulos opprimi atque diminui.

Posse autem rationem etiam maguas libidines coercere, memorabili exemplo de siti regis David ostenditur, qui cum intolerabili quondam siti post proelium vexaretur, tamen

N.B. De uno autem huius membri loco qui medelam desiderare videtur, accuratius dicendum erit (p. 274, 25 etc.). Ut enim recte Freudenthalius monuit, et ipsa verba *καὶ τῶν σωματικῶν* sensu carent et postea desideratur aliquid, ut *καὶ τούτων οὐχ ὥστε αὐτὰ καταλῦσαι ἀλλ' ὥστε αὐτοῖς μὴ εἶξαι.* Dicit enim vir doctus haec:

„Die Beispiele, die 274, 25 angeführt werden, passen nicht zu den unmittelbar vorherstehenden Worten *ἀλλὰ τῶν σώματος* (*σωματικῶν*). Ja, diese Worte sind ganz unsinnig. Denn wie? Ps. Josephus, der alle Gemüthsbewegungen in körperliche und seelische theilt und wiederholt ausspricht, dass über beide die Vernunft herrsche, sollte hier im schärfsten Gegensatze sagen wollen, dass sie nur über die körperlichen *πάθη* zu herrschen berufen sei?"

Sed etiam alia vitia insunt, quae Freudenthalium fugerunt. Etenim cum Ps. Josephus sermonis elegantiae semper studeat omnesque orationis flosculos soleat captare, nescio cur tanta hoc loco in dicendo neglegentia usus sit, ut ter deinceps idem verbum *ἐκκόπτειν* adhiberet. Omnibus enim quod scio reliquis locis orationis elocutiones variandi causa mutavit.

Cf. p. 273, 24 *κρατεῖ . . . ἐπικρατεῖ . . . κυριεύει . . . . δεσπόζει*
vel p. 279, 21 *ἐκδιδάσκει . . . . ἐξασκεῖ . . . παιδεύει*

Accedit quod enuntiatum *ἀλλὰ τῷ λογισμῷ δυνατὸν τὸν λογισμὸν βοηθῆσαι* ita deformatum est, ut quid sibi velit, suspicari potius, quam intellegere liceat.

Vulgo quidem legitur *ἀλλὰ τῷ μὴ δουλωθῆναι τῷ θυμῷ* etc. sed haec scriptura, quae in deterioribus libris exstat, a librariis ut opinor correcta est, neque minus molesta videtur, cum paulo ante iam dictum sit *ἀλλὰ τὸ μὴ δουλωθῆναι τῇ ἐπιθυμίᾳ.*

Praeterea, cum omnibus qui huc spectant locis orationis irae, quae ultimae virtuti opposita est, demum *post pravam animi affectionem* mentio fieri soleat, non video, quo iure hic illi perturbationi ira *anteponatur*. Itaque verba iam inde a *θυμόν τις* usque ad *βοηθῆσαι* a librariis male interposita esse, illo autem loco quem Freudenthalius ostendit, aliquid excidisse suspicor.

aquam, quam milites cum vitae periculo hauserant, effundere non dubitavit.

Atque ut breviter nunc comprehendere mihi liceat, quod fusius ad id tempus demonstravi, „probatio“ hoc modo disponenda est:

Probatio
- A. argumentatio
  - 1) expositio
    - a. σωφροσύνης κωλυτικὰ πάθη
      - α. corporis cupiditates p. 272, 22 — 31
      - β. animi „ „ p. 272, 32 — 273, 11
    - b. δικαιοσύνης κωλυτικὰ πάθη
      - α. κατὰ σῶμα p. 273, 12 — 15
      - β. κατὰ ψυχήν p. 273, 16 — 274, 5
    - c. ἀνδρείας κωλυτικὰ πάθη i. e. θυμός p. 274, 6 – 15
  - 2) probatio p. 274, 16 — 21
    (Qua re factum sit, ut ratio perturbationes coercere posset)
  - 3) circumcisio propositi p. 274, 21 — 275, 1
- B. exemplum (p. 275, 2 — 275, 29).

DE FIDE HISTORICA.

Quoniam de argumento orationis et dispositione singularum partium uberius fusiusque disputavimus, nunc etiam de fonte historico, quo Ps. Iosephus usus sit, pauca mihi in animo est afferre. Est enim a viris doctis, a Freudenthalio potissimum, accuratius in eam quaestionem inquisitum, utrum, cum magna quaedam similitudo inter partes alterius qui vocatur Maccabaeorum libri et Ps. Iosephum exstare videatur, alter libellus ex altero exaratus, an communis fons in utroque opusculo adhibitus sit. Et cum plerique in eam sententiam venissent, ut quartum ad alterum Macc. librum referendum esse putarent, Freudenthal primus uberrime *Iasonem Cyrenaicum* ab utroque auctore excerptum esse exposuit. Vir autem doctissimus ea ratione argumentatus est,

ut eum fiori non posse ostenderit, ut forte fortuna tanta verborum similitudo nascenetur, magno ingenii acumine eorum sententiam refutaret, qui quartum ex altero Maccabaeorum libro fluxisse contenderent. Itaque cum veri simile non sit, Ps. Iosephum ab alterius Macc. libri auctore exaratum esse, nihil aliud reliquum esse ratiocinatur, quam ut ex Iasone Cyrenaico, cuius quinque de Maccabaeorum aetate libros ab alterius Macc. libri auctore exceptos esse constet, etiam Ps. Iosephus hauserit. Quamquam Freudenthal, ut alterum Maccabaeorum liborum Ps. Iosephi fontem non esse posse recte animadvertit, ita cum Iasonem communem utriusque scriptoris fortem statueret, nescio an erraverit. Neque enim causam intellego, qua Ps. Iosephus ductus sit, ut diffusum Iasonis opus evolueret, neque supplicia, quibus Eleazar septemque fratres afficiebantur, ab Iasone ita descripta esse credo, ut in altero et quarto Maccabaeorum libro memoriae tradita sunt. Atque ut inde ordiamur, cur orator Iudaeus in oratione sacra, ut res enarraret omnibus notas, magnum Iasonis opus evolverit, cuius ordinem epitomator ille alterius Macc. libri propter nimiam materiae copiam aegre tantum se perspexisse queritur, haud scio. Dices: fides historica ei cordi fuit. At tota quarti capitis narratio erroribus abundat. Eundem antem oratorem, qui et primum cum quarto Seleuco et Apollonium cum Heliodoro confudit, postea in re omnibus nota, ut fidem historicam servaret, tota Iasonis enuntiata ad verbum transscripsisse, quis est qui credat? Ego vero minime. Sed quid ego argumentor? Freudenthal nonne ipse hanc sententiam refutavit, cum diceret (p. 82):

„Ihm ist es daher nicht um historische Wahrheit, sondern um erbauliche Ausnutzung jener alten Erzählung zu thun."

Quo enim consilio Iasonem evolvit, nisi ut fidem historicam sevaret? At splendidis fortasse Iasonis sententiis orationis ornatum augere voluit. O praeclaram opinionem! Illum oratorem qui verborum copia omnes fere aequales superavit, singulas orationis partes mirum in modum atque arteficiose expolivit, eum flosculos a Iasone mutuos sumpsisse putas?

Ceterum ut ex toto alterius Macc. libri tenore cognoscitur, Iasonis opus elegantissime scriptum non fuit. Ii enim loci alterius Maccabaeorum libri, qui sublimiore dicendi genere praeter ceteros florent, non ex Iasone exarati sunt.

Cf. Ewald, Gesch. Isr. IV³ p. 380:

„Diese ganze malerische Erzählung (2. Macc. 3, 7 — 40) gehört sicher erst dem letzten Verfasser des Buches an, und eben das *malerische* darin fliesst aus dessen besonderm Zwecke beim Abfassen des Buches.“

Adde quod habitus historiae, quam Freudenthal ex Iasone fluxisse censet, is est, qui illi Iudaeorum scriptori tribui vix possit. Nam primum dubito, num tota narratio de Eleazari septemque fratrum suppliciis tam diligenter atque arteficiose descripta in Iasonis opere historico fuerit. Quis enim est qui omnia illius narrationis lineamenta *) vera esse, qui adulescentes crudelissime vexatos tot et tam longas orationes habuisse concedat, quis non potius rhetorem eam, quae de Maccabaeorum suppliciis vulgata erat, famam rhetorice elaboravisse censeat? Talis autem historia integumentis fabularum obscurata nondum Iasonis temporibus, sed multo demum post oriri potuit. Ac mihi quidem non dubium videtur, quin ipse Ps. Iosephus, cum in oratione sacra minus interesset, ut fides historica servaretur, illam narrationem exornaverit.

Quamquam nodus de quo supra diximus, solutus nondum est. Quaeritur enim qui factum sit, ut tota Ps. Iosephi enuntiata cum altero Maccabaeorum libro verbotenus consentirent. Ac mea sententia ad hanc quaestionem diiudicandam priorem orationis partem in qua de Maccabaeorum suppliciis nondum sermo est, a reliquis capitibus separare debemus. In quarto autem capite — hypothesis enim nihil ad rem —

*) Superbum illum regem Antiochum tanto studio tantaque eloquentia, ut apud Ps. Josephum illustratur, Maccabaeis persuasisse, ut de fide Judaeorum deficerent, credibile non est. Nec magis verisimile videtur, ipsum regem cum principibus ἐπί τινος ὑψηλοῦ τόπου ut in theatro illorum cruciatus aspexisse.

locorum similitudo inter Ps. Iosephum et alterum Macc. librum tam exigua est, ut nemo inde communem fontem adhibitum esse colligere possit. Omnes vero, quae huc spectant, res gestae in altero Macc. libro multo accuratius describuntur, quam a Ps. Iosepho, cuius relatio erroribus abundat. Fecit enim Apollonium (Coelesyriae et Phoeniciae satrapam) totius Syriae, Phoeniciae, Ciliciae praefectum, cum Heliodorum silentio praetermitteret, idemque Antiochum, qui appellatur Epiphanes, Seleuci filium nominavit. Iasonem autem summum Iudaeorum sacerdotem 3660 talenta tributi dedisse refert, quod prosus incredibile est. Quos quidem errores Freudenthal (p. 85) ex parte ita explicare conatus est, ut diceret:

„Jason brauchte bloss einige Male statt der Eigennamen Pronomina geschrieben, bei der versuchten Beraubung des Tempels beiden syrischen Grossen Apollonius und Heliodor eine Stelle gegeben zu haben und ein leichtes (sic?) Missverständniss der beiden nicht eben gründlichen Epitomatoren erklärt uns die Differenz ihrer Angaben.“

Sed haec nimis violenter excogitata sunt. Cum enim Heliodorus in altero Macc. libro plus quam decies, Apollonius tantum ter commemoretur, veri simile est, etiam apud Iasonem Heliodorum saepius nominatum esse, quam Apollonium. Itaque si Iosephus ex Iasone (aut ex altero Macc. libro) hausisset, explicari non posset, qui fieret, ut Apollonius saepenumero ab eo commemoraretur, Heliodori autem ne verbo quidem mentio fieret. Grimmii igitur opinio praeferenda videtur, qui Ps. Iosephum ex memoria illa narravisse et singula non iam scivisse suspicatur. Sed haec ad priorem tantum partem orationis pertinent; aliter enim res se habet in narratione suppliciorum, quae a Ps. Iosepho fusius uberiusque describuntur, quam ab altero Maccabaeorum libro. Multi autem vexatorum sermones afferuntur, qui re vera neque habiti sunt neque propter temporis angustias haberi potuerunt. Tota narratio arteficiose elaborata et apud utrumque scriptorem eodem modo disposita est. Quamquam non solum dispositio membrorum et sententiarum co-

nexus idem est, sed etiam ut iam dixi tota euuntiata ad verbum fere congruunt.

Cf. cap. V. p. 278, 31 *καὶ ἄξιον τῆς ἡλικίας ἀναλαβὼν νοῦν* = 2 Macc. 6, 24 *λογισμὸν ἀστεῖον ἀναλαβὼν καὶ ἄξιον τῆς ἡλικίας*.

Et ex hisce praeclaris Ps. Iosephi verbis.

τί μέλλεις ὦ τύραννε; ἕτοιμοι γὰρ ἐσμὲν ἀποθνήσκειν ἢ παραβαίνειν τὰς πατρίους ἡμῶν ἐντολάς.

multo languidius ab alterius Macc. libri scriptore factum est:

τί μέλλεις ἐρωτᾶν καὶ μανθάνειν παρ' ἡμῶν ἕτοιμοι γὰρ ἀποθνήσκειν ἐσμὲν ἢ παραβαίνειν τοὺς πατρίους νόμους.

Quam mutationem ingeniose explicavit Freudenthal, cum diceret (p. 77):

Diese Worte sind vom II. Macc. hinzugefügt, weil er *μέλλειν* in dem bei ihm gewöhnlichen Sinn gedenken oder bevorstehen nahm, in welchem allein es bei den LXX vorkommt, da musste denn ein Infinitiv hinzugesetzt werden, durch den aus den schönen Worten bei Jason: (vel potius apud Ps. Iosephum). Was zögerst du Tyrann? wir sind bereit u. s. w. etwas so gewöhnliches ward wie: Was willst du uns fragen und von uns erfahren? Denn wir sind bereit u. s. w."

Cum aliis argumentis tum hoc ipso loco nisus homo doctus recte contendit, fieri non posse, ut Ps. Iosephus suppliciorum narrationem ex altero Macc. libro desumpserit. Quae quamquam iure Freudenthal affirmavit, tamen non inde sequi existimo, quod aliis causis refutari supra vidimus, Iasonem Ps. Iosephi fontem esse. Nam quoniam iam Ewaldus, quo erat acumine ingenii alterius Macc. libri scriptorem non semper Iasonem secutum esse, sed etiam de suo quaedam addidisse animadvertit, nihil obstare videtur, quominus hanc suppliciorum narrationem ex Ps. Iosepho excerptam esse arbitremur. Quae quidem opinio ea re confirmatur, quod in altero Maccabaeorum libro duae atque diversae relationes permixtae sunt. Cum enim antea illam Iudaeorum persecutionem non ab ipso rege, sed ab eius magistratibus institutam esse traditum sit (quod sine dubio

apud Iasonem legebatur) mirum est, quod postea velut deus ex machina Antiochus infertur, quem Ps. Iosephus haud inepte, ut vis orationis augeretur, aspicientem fecit. Praeterea tantum abest, ut hac suppliciorum narratione omissa in altero Maccabaeorum libro lacuna nascatur, ut melior etiam sententiarum conexus fiat. Superfluum enim erat illa supplicia enarrare, cum iam antea de Iudaeorum persecutione satis dictum multosque ut Sabbathem celebrarent, in montes fugisse commemoratum esset. Quae si recte disputata sunt, non modo orationis praestantiam philosophiae a Freudenthalio nimium esse auctam, sed etiam fide eam historica prorsus carere satis intellectum puto.

APPENDIX.

Iniuria ut mihi videtur, Westermannus cum de codd. bibl. Paul Lips. dissereret, librum ms. qui numero 783 inscribitur, praeter ceteros laudavit. Neque enim ad bellum Iudaicum recensendum hunc codicem summi momenti esse recte iudicavit — minoris enim pretii familiae, ut a Niesio doctissimo Marburgensi quondam professore compertum habeo, attribui debet — neque ad Ps. Iosephi orationem in integrum restituendam, cum multo antiquiores libros Sinaiticum et Alexandrinum habeamus, multum Lipsiensis valet. Praebet autem quod perverse Westermannus negat, antiquissimum ι subscripti exemplum. Subscribitur enim ι a manibus A B interdum *) sub vocali η, interdum omittitur vel ascribitur, quae quidem proprietas Gardthausenii iudicio ad certas quasdam librariorum scholas referenda erit. Nec minus Westermannus itemque Fritzschius erraverunt, cum satis neglegenter Fellerum in libro conferendo versatum esse affirmarent. Tantum enim abest, ut homo ille doctus totius codicis scripturas reddere voluerit, ut nihil nisi quartum

*) Cf. fol. 52b ἀνῃρημένων et fol. 57b παρῄνουν; fol. 29a ἀνῃρημένων, 29b χαλεπῄνας; fol. 31a ἀνῄρει, 31b ἀνῄρητο etc.

Maccabaeorum librum accuratissime contulerit, ex bello autem Iudaico, quippe quod minoris tum aestimaretur, modo delectum lectionum composuerit. Rem ita se habere unum quemque concessurum esse puto, qui in Ittigii apendice quarti Maccab. libri collationem quinque paginas comprehendentem viderit, cum totius belli Iudaici scripturae quattuor tantum paginas complectantur. Ipse vero cum Felleri collatio orationis περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, quamvis pro ista aetate diligentissime exarata sit, hodiernae tamen literarum condicioni minime sufficiat, novam Lipsiensis collationem instituì simulque exiguam codicis descriptionem, quam Westermannus facere conatus est, supplere ac corrigere mihi proposui.

Codex bibl. Paul. Lips qui numero 783 inscribitur membranaceus est flavus, literis minusculis exaratus ac bene conservatus. Folia extant 290, quorum duo postrema ex oratione quadam sacra Christianorum excerpta et XIV fere saeculo exarata videntur esse. Reperiuntur autem XXX quaterniones, I quinio (fol. 279—288), IV pseudoquiniones, quarum bina folia ita exsecta sunt, ut quaterniones oriantur (fol. 39—46, 119—126, 167—174, 254—261) I ternio (fol. 24—29) praeterea in fine libelli unio affixa est (fol. 289 bis 290). In singulis autem paginis, cum XXV fere versus esse soleant neque tamen hic numerus sibi constet, efficitur, ut altitudo scripturae non ubique sit eadem, sed inter 15 cm. et 17 cm. fluctuet. Latitudo = 11 cm. Atramentum vero partim badio partim fusco colore excellit, praeterquam, quod ii qui postea textum correxerunt librarii nigro aut rubro colore usi sunt. Atque ex variis literarum formis facile cognoscitur, tres fuisse codicis librarios A, B, C qui opus ita inter se distribuerunt, ut A folia 24—62 79—142 151—182, B folia 63—78 143—150 scriberet, C omnia reliqua iam inde a folio 183—288 exararet. Sed fol. 1—23 ut iam Westermannus vidit, posteriore aetate, fortasse 14—15 saeculo adiecta sunt. Manus A parvis haud ita pulchris literis utitur, quae de linea dependent. Altera manus B et arduitate et venustate literarum facile distinguitur. At tertia

manus C cum festinanter scripserit, ornamentorum audacia ita excellit, ut si revera ex literarum ductu indoles ac natura hominis perspici potest, librarium hunc fuisse suspiceris ex codd. exarandis questum facientem. Quin etiam tale quid ex ipsis librarii verbis colligendum videtur esse, qui folio 270 carmine ascripto, posteaquam Constantini nomen sibi esse confessus est, hoc modo pergit:

εἴ τις ἔμοιγε νέμεσσιν αΐδρείησιν ἐφήσει
οὕνεκεν αἰολόγραπτος (festinanter scriptus?) *ἐμὴ βίβλος ἐκτεθέαται*
οἶ αὐτῷ γε μάλιστα πολὺ πρότερον νεμεσήσει
οὐλομένης πενίης ἀγνοηκότι κύντατα ἔργα.


Iam vero eam differentiam, quae inter singulas manus intercedit, accuratius paulo describere mihi liceat.

Pingit enim illa quem C appellavi librarius literam ζ omnibus quod sciam locis tali modo, ut numeri arabici 3 speciem habeat, cum in reliqua parte codicis uncialis forma Ζ soleat praeponderare. Huc spectat quod ligatura ϭ si modo ligatura vocari potest, apud C syllabam *σο* apud A B *ος* significat. Praeterea in tertia manu C nusquam ligaturam ξ, sed ubique ʒ invenies. Adde manum A super vocalibus *ι*, *υ* nominum ac syllabarum initio puncta ponere, quae et in B et in C vulgo omittuntur*). Accentus autem ac spiritus, qui etiam super ῤῥ (interdum in A B, semper in C) inveniuntur, proprie angulati, scribendi celeritate rotundam plerumque formam acceperunt. Ac diastole quae vocatur, saepenumero, hyphen perraro adhibetur. Capita vero atque paragraphi quomodo distribuenda sint, cum spatio interiecto et literis promotis tum linea — margini apposita indicatur. Totus autem liber ms. operculo ligneo et alba membrana induto circumdatur, in quod arteficiose variae sanctorum

*) Huc spectat signum ×) quod in tabula affixa ita adhibitum est, ut literas significet apud A B inusitatas.

imagines et Vergilii et Ciceronis capita impressa sunt. Restat ut de tempore quo Lipsiensis exaratus sit, pauca afferamus.

Tischendorfii quidem iudicio codicem ad decimum vel undecimum saeculum referendum esse Westermannus docuit. Nunc vero, quoniam Gardthausenius praeclaras illas literarum tabulas composuit, quas summa cum diligentia ex codd. „subscriptis“ excerpsit, fieri potest, ut etiam accuratius libelli aetatem constituamus. Intelleget autem unusquisque palaeographiae graecae peritus ex literarum quos deformavi ductu, genus scribendi hoc esse, quod Gardthausen „Mittlere Minuskel“ appellavit (ca 950—1000) et proxime scripturam Lipsiensis accedere ad codices anno 973 et 990 exaratos (Gardth. tab. VI). Quae sententia etiam alia observatione*) confirmatur. Scripsit enim manus B, cum vulgo literae de linea dependeant, interdum etiam in linea, cuius postremum exemplum ni fallor Laurentianus quidam praebet anno 973 compositus. Eidem igitur aetati hunc codicem tribuere licet. Inter libros autem mss. qui subscriptione carent, simillimus**) exstat cod Pal. 23 cuius specimen Wattenb. tab. 36 reddidit.

*) Cf. etiam signum numeri  quod in C compluribus locis additur et Gardth. p. 265.

**) Ex Westermanni argumentatione, qui dicit: „scripturae genus proxime abest ab eo quo usus est, qui scripsit cod. Dem. Marc. F, cuius exemplum exhibet Voemelius ad calcem ed. cont. Dem. nr. L“ nihil lucramur, nam ex exiguo illo Voemelii specimine nihil aliud colligi potest, quam codicem hunc esse literis minusculis exaratum.

LIPSIENSIS EXHIBET:

Cap. I.

p. 270, 2*) deest *εὐσεβὴς* 5 *ἀρετῆς* (*ῶν*), *δὴ* (*δὲ*) (*ὅτι*) in margine *γρ*: *ἑαυτοκράτωρ* 8 *ἐπιθυμίας* (*ἔτι?*) 11 *θυμοῦ τε καὶ πόνου καὶ φόβου* 14 (ε) *αὐτοῦ* 19 *ἀποδείξαιμι*.

p. 270, 1 deest *τῶν*, 2 *τοὺς ἕως θανάτου πόνους ὑπεριδόντες ἐπεδείξαντο* in margine *γρ*: *ἅπαντες γὰρ οὗτοι ὑπὲρ τῶν τοῦ θεοῦ νόμων ἕως θανάτου πόνων καταφρονήσαντες καὶ ὑπὲρ θεοσεβείας τὸ ζῆν ἑαυτῶν ὑπεριδόντες ὑπέδειξαν ὅτι* etc. vulgo. 6 *ἐπέστη* (*εστι*) *τοῦτον* (*ἐκεῖνον*) 8 deest *αὐτοὺς* 10 *ἐν ἀνδρείᾳ* (*ἐπὶ τῇ*) *αἰκισαμένων* 14 *περὶ τούτου νῦν* 15 *ὅπερ εἴωθα γρ*: *ὥστε αὐτὸν καταλῦσαι καὶ καθαρισθῆναι τὴν πατρίδα γρ*: *δοὺς δόξαν*.

Cap. II.

p. 271, 19 *διακρίνομεν*, *γρ*: *ζητοῦμεν τοίνυν τοῦτ' εἰ αὐτοδέσποτος καὶ αὐτοκράτωρ τῶν παθῶν ὁ λογισμὸς διακρίνομεν* 20 deest *αἱ τῶν* 21 *μὲν δὴ τοίνυν* 22 *τὸν* (*τῆς*) 23 *σοφία δὴ τοίνυν* 27 *καθεστᾶσι φρον. καὶ δικ. καὶ σωφρ. καὶ ἀνδρ.* 28 *πάντων* (*σῶν*) 29 *ἐξ ἧς δὲ εἰ* 30 *περι(ε)κτι-*

N.B. Neque eos locos omnes annotavi quibus vocales *η*, *ει*, *ι*, *αι*, *ε* et *ω*, *ο* confunduntur vel iniuria non eliduntur, neque eos quibus contra grammaticorum praecepta *ν ἐφελκυστικὸν* additur. Praeterea cum fieri non iam posset, ut omnibus locis singulae manus librariorum qui textum correxerunt vel notas adiecerunt, discernerentur, undecimo autem (vel duodecimo) saeculo illae correctiones omnes fere natae viderentur esse, verba librariorum simpliter transscripsi.

( ) = locus superscriptus.

*) Numeri qui in collatione adhibentur aeque atque in reliqua parte commentatiunculae ad Bekkeri editionem Fl. Iosephi (Lips. 1856) referendi sunt.

κωτάτα 31 deest καὶ περὶ τὸ σῶμα, sed (τὸ σῶμα καὶ περὶ).

p. 272, 1 παθῶν (ἀγαθῶν) 4 ἡδονῆς καὶ 5 ἐὰν (οὖν) ὅτε αὐτῷ γρ: ἐὰν οὖν ἐννοηθῇ τις ἑαυτῷ ὅτι περιέπεσε τῇ ἡδονῇ ἡδονὴ δὲ. 7 καὶ τὰ μὲν ψυχῆς ἀλαζονεία καὶ φιλαργυρία κ. φιλοδ. κ. φιλον. κ. βασκ. in margine ἀπιστία φθόγος 9 καὶ λαιμαργία καὶ μονοφαγία 10 δυειν 11 (τῶν) 13 deest τε 14 μεταχέων (ὀχετεύων) 17 ἐπιθεωρει (γὰρ) δὲ τὸ πρῶτον 21 ἐπικρ. φαιν. ὁ λογ. 24 ὅτι δύναται τῶν ὀρέξεων 29 σώφρονος λογισμοῦ (νοῦ) γρ: ἄγχεται γὰρ, ἀνακοπτόμενα.

Cap. III.

p. 273, 1 κάλλους in marg. γρ: ἡδέως 2 ὅτι διανοίᾳ 5 τὴν τῆς ἡδυπαθείας 6 ὁ λογ. ἐπικρ. φαιν. 7 deest δεσπόζειν ἀναδείκνυται quod in marg. additur. 8 γοῦν (γὰρ) 9 ὅσα τῷ 10 μὴ (δὲ) ἐπιθυμεῖν εἴρηκεν ὁ νόμος ἡμᾶς 11 πείσαιμ' ἂν ὑμᾶς 16 (ὁ)τῷ τι(ς) ᾖ 17 γρ: ἐπιχωρηγῶν καὶ 18 ἐστασῶν 21 ἐπιραγολογούμενος, in marg. ω 22 ἔργων δὲ ἔνεστιν 23 ὁ λογ. κρατῶν 24 κρατεῖν 26 διὰ τὴν παρ., deest τῶν 28 πονηρίας 29 ὅπου καὶ ἔχθρας δύναται ἐπ. ὁ λογ. 31 μήτε (δὲ) 32 τὰ δὲ.

p. 274, 1 καὶ δὲ 4 ὁ σώφρων νοῦς ἀπωθεῖται ὥσπερ 6 καὶ γὰρ τούτου 7 ἀβειρῶν οὐ θυμοῦ 8 ἀλλὰ τῷ 14 (ἐδύνατο) τῶν θυμῶν ὁ λογ. κρατεῖν 16 κατεσκεύασε τὰ πάθη αὐτοῦ καὶ τὰ ἤθη περιεφύτευσε καὶ τηνικάδε ἐπὶ πάντων τὸν ἱερὸν ἡγεμόνα νοῦν διὰ τῶν αἰσθ. 25 σωματικῶν 26 (τὸ) 28 ἀλλὰ τῷ θυμῷ δυνατὸν (ὃς) τὸν (ὁ) λογισμὸν βοηθῆσαι 30 ὑμῶν, τὸ μὴ 31 δύναιτ' ἄν.

p. 275, 1 deest τοῦ 3 deest τῆς, praebet προςβαλὼν ἀλλοφύλοις ὁ Δᾶδ 4 deest ἐξ, deest ὁ Δᾶδ, in marg. γρ: ἐπεὶ γὰρ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας πολεμῶν ἦν τοὺς ἀλλοφύλους καὶ πολλοὺς ἐξ αὐτῶν 8 (περὶ) ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἦσαν 9 ὡς καὶ 10 ἠδύνατο ἰάσασθαι δι' αὐτῶν 13 ὑπασπιστῶν, βασιλέως ἐπιθυμίᾳ 14 δύο 16 κάλπιν 19 ἀνευρό(ά)μενοι 20 ἐκόμισαν τῷ βασιλεῖ τὸν ποτόν 21 τὴν δίψαν 22 ψυχῆς 24 νοῦς ὡς ἔφην 27 καταπαλέσαι 28 ἀποπτύσαι 31 ἱστορίας τοῦ.

Cap. IV.

p. 276, 2 *νικάντορα καὶ χρημ.* 6 *τόν ποτε* 8 *διαβαλὼν* 10 *ἥκων πρός*, deest *τε* 15 *τούτων* (*δὲ*) 21 deest *ἀνέβη καὶ* 22 *ἰδιωτικὰ χρήματα* 26 *μετὰ* 28 in marg. *γεραιῶν, ἱκετευσάντων τὸν θεὸν ἐν τῷ ἱερῷ* 30 *δὲ.*

p. 277, 2 *ἐνιέντες* (*ἧκαν*) *καταπεσὼν γέ τοι* 6 *περὶ αὐτοῦ προσευξάμενοι* 6 post *στρατὸν* inserit: *ἔλεγε γὰρ ἡμαρτηκὼς ὥστε καὶ ἀποθανεῖν ἄξιον ὑπάρχειν πᾶσί τε ἀνθρώποις ὑμνήσειν σωθεὶς τὴν τοῦ ἱεροῦ τόπου μακαριότητα* (*ἀρετήν*). in marg. *γρ: ὡμολόγει γὰρ ὁ Ἀπ. ἑαυτὸν ἡμαρτηκέναι ὥστε καὶ ἀπ. ἄξ. εἶναι πᾶσί τε ἀνθρ. ὑμν.* etc. — *τόπου ἀρετὴν ἔλεγε* 7 *ὑπαχθεὶς* 9 *καὶ μὴ* (*οὐ*) 13 *ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἀντ. ὁ ἐπιφ.* 14 *ἀνὴρ ὑπερηφ. κ. δεινός* 16 deest *δώσειν* 17 *τρισχίλια ἑξακόσια ἑξήκοντα ἓξ τάλαντα*, in marg. *ἀργυρίου* 29 *εἴ τινες* 30 deest *κολασθέντες*, praebet *θάνοιεν καὶ ἐπεὶ κατὰ* 31 *ἴσχυσεν καταλῦσαι τὴν τῶν δογμάτων τοῦ ἔθνους εὐνομίαν*, in marg. *διὰ τῶν δογμ. τὴν εὐνομίαν τοῦ ἔθνους* 32 *τὰς ἑαυτοῦ ἀπειλάς.*

p. 278, 1 in marg. post *καταλυομένας* annotatum est: *ἐπετήδευσε δόγμα τι ὥστε καὶ τὰς γυναῖκας τὰς περιτεμνούσας τὰ βρέφη κατακρημνισθῆναι μετ᾽ αὐτῶν προειδυίας ὅτι τοῦτο πείσονται* 2 *περιέτεμον τὰ παιδία* 3 *ἐπεὶ* — *λαοῦ* deest, 4 *αὐτὸς δὲ* 5 *ἠνάγκαζεν ἕνα ἕκαστον τοῦ ἔθνους* 6 *τροφῶν* (*ἐδεσμάτων*)

Cap. V.

10 *παρεκέλευε* 13 *ἀναιρεθῆναι* (*εἶσθαι*) *πολλῶν δὲ συναρπασθέντων εἷς πρῶτος ἐκ τῆς ἀγέλης ἑβραῖος ὀνόματι*, in marg. *πολλῶν οὖν συν. ἐκ τοῦ ὄχλου ἀνήρ τις ὀνόματι ἐλεάζαρ ἐκ γένους ἀρχιερωσύνης νομικὸς τὴν ἐπιστήμην προβεβηκὼς τὴν ἡλικίαν καὶ πολλοῖς τῶν περὶ τὸν τύραννον διὰ τὴν φιλοσοφίαν γνώριμος προσήχθη τῷ ἀντιόχῳ ὁ δὲ ἰδὼν αὐτὸν ἔφη* 20 *ταῦτα ὅπως* 21 *σοῦ τὴν ἡλικίαν* 22 *ἔχων χρόνον* 24 *σαρκοφαγίαν* (*συ*) 25 deest *δοκεῖ*, in margine *εἶναι δοκεῖ* 31 *τὸν λογισμὸν* 32 *ἄξιον τῆς ἡλικίας ἀναλαβὼν νοῦν φιλοσοφήσεις τὴν τοῦ συμφέροντος ἀλήθειαν*, in margine *τήν σοι σύμφορον ἀλήθειαν.*

p. 279, 4 deest ἄν 5 ἐπὶ σῇ διὰ ἀνάγκην 6 deest οὖν 8 τὴν ἐξουσίαν, deest λέγων 10 deest εἶναι 11 εὐπειθείας 12 εἰ κατὰ ἀλήθειαν 13 deest σύ 19 γὰρ ὡς ὁμοίως ὁ νόμος, in margine ὡσαύτως 20 μετὰ 24 δικαιοσύνην παιδεύει ὥστε διὰ πάντων τῶν ἠθῶν ἰσονομεῖν καὶ εὐσέβειαν ἐκδιδάσκει ὥστε 25 σέβειν 27 συμπαθεῖ νομοθετῶν ὁ τοῦ κόσμου κτίστης 28 τὰ μὲν οὖν 30 τυραννικὸν δὲ οὐ μόνον ἡμ. ἀναγκ. παραν. 32 αἰσχίστῃ, ἐπεγγελάσῃς ἀλλ' οὐ.

p. 280, 2 ἀλλὰ τοὺς, περὶ τὸ 3 ὅρκους οὐ παρήσω in margine γρ: μὰ τοὺς ἱεροὺς τῶν προγόνων περὶ τοῦ φυλάξαι τὸν νόμον ὅρκους 5 deest ὑπάρχω et μοι 8 οἰκτείρομαι, ὥστε δι' ἐμαυτοῦ 10 οὐδὲ 12 οὐδὲ μιανεῖς — ἡλικίαν uncis inclusum 13 γήρως 14 ἁγνόν με οἱ πατέρες προσδέξονται 15 deest με 17 οὔτε λόγοις δεσπόσεις οὔτε δι' ἔργων

Cap. VI.

19 παραστάντες 24 ἑτέρωθεν 25 ὡς ἀληθῶς 27 εἰς οὐρανὸν ἀνατείνας 30 ἔδαφος ἀπὸ τοῦ μὴ φέρειν.

p. 281, 1 ἐξανίστατο 2 deest τυπτόμενος 3 καθάπερ γενναῖος 4 ἀθλητὴς τυπτόμενος ἐνίκα τοὺς βασαν. ὁ γέρων ἱδρῶν γε 5 ἐπασθμαίνων σφοδρῶς 6 βασανιζόντων, ἐπὶ τῇ εὐψυχίᾳ 7 ἐλεῶντες 8 συμπαθείᾳ τῆς συνηθείας 11 ἀπόλλεις, μέντοι 13 ἀπογεύεσθαι, καὶ ὁ ἐλεάζαρος ὥσπερ 14 συμβ. αἰκ. ἀνεβόησε, μὴ οὕτως 15 φρονήσαιμεν οἱ ἀβρ. παῖδες 16 μαλακοψυχήσαντες 17 deest εἰ, ζήσαντα(ε)ς 19 εἰ νῦν 20 ἵνα παράδειγμα 21 αἰσχρὸν δὲ εἰ ἐπιβιώσομεν 22 πάντων 24 καταφρ. ὡς ἄνανδροι 25 μέχρι θανάτου μὴ, ὑμεῖς 28 πρὸς τὰς ἀνάγκας οὕτω μεγαλοφρονοῦντα αὐτὸν ἰδόντες 30 αὐτὸν ἀνήγαγον 31 ὑπερίπτοσαν.

p. 282, 1 λειποθυμεῖν 2 ἀνέτεινε . . . καὶ εἶπεν 3 (ὅτι) 4 deest τοιγαροῦν 7 ἀντίψυχον 12 κεκρατήκει 13 ἀπεδόμην 15 προσνέμωμεν 18 ἐπὶ γελοῖον

Cap. VII.

24 καταικιζόμενος τοῦ 26 ἐπέτρεψε 28 (νίκης) 30 ἅγιος.

p. 283, 3 *ἐπινεμομένους* 5 *θεοσέβειαν καί καθαρισμόν* 5 *ἐκοινώνησας*, in margine *ἐκοίνωσας* 6 *θείου βίου* 7 *δημιουργοῦντας*, in margine *τοὺς φυλάσσοντας* 13 *γέρον* 14 *πρέσβυς, παθ. μέγιστε* 16 *ἐθνοπληκτου*, videtur hic fuisse *πλήθους*, in margine *γρ: διὰ τοῦ ἐθνοπλήθους* 19 *καίτοι τὸ θαυμαστότατον* 19 *καὶ λελυμένων* 22 post *λογ.* inserit *καὶ τῷ ἰσακίῳ λογισμῷ τὴν πολυκέφαλον στρέβλαν ἠκύρωσεν*, in margine *τῷ ἀνδρείῳ* 25 *περιεφρόνησε* 18 *περικρατοῦσιν ὅτι οὐδὲ* 27 — 284, 6 *ἴσως-κύριος* uncis inclusum 29 deest *ἔχονται* 30 *εὐσεβείας προνοοῦσιν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας οὗτοι.*

p. 284, 3 deest *τῷ*, praebet *ὅτι διὰ τὴν* 5 *γὰρ* *) spatium IV. literarum 6 *σοφῶς καὶ σώφρων καὶ ἀνδρεῖος ἐστι (καὶ)*

Cap. VIII.

10 *προφανῶς* 11 deest *τότε δὴ* 12 *λείας τῶν ἑβραίων* in margine *αἰχμαλωσίας πραίδας* 15 *γεραιᾶς* 16 deest *καὶ-φοβούμενοι* quod in margine exstat 17 deest *ἐν* 19 *ἥσθετο ἐπ'* 21 *ἐγὼ καθ' ἑνὸς* 22 *θαυμ. τὸ κάλλος* 25 *συνείξαντάς μοι*, deest *τῇ συμβουλίᾳ* 26 *δυναίμην δ' ἂν* 28 *πιστεύσατε οὖν καὶ ἀρχὰς ἐπι . . . ἡ γεμονικὰς* 32 *ἐντρυφήσατε.*

p. 285, 4 *συμμορφίας* 5 *οἰκτ. οὐ διαλογιεῖσθε* 7 *λέγων ἐκελ. εἰς τὸ μέσον προτιθέναι*, in margine *καὶ διαλογίσασθε τοῦθ' ὅτι* 9 *τροχούς τε καὶ ἀρθρέμβολα* 12 *δακτ. καὶ χεῖρας σιδηρᾶς καὶ σφῆνας* 16 deest *ῥήματα* 19 *(ἦσαν)* 20 *ἐχρήσ. λόγοις* 23 *βουλήμασι* 26 *φευξό(υ)μεθα* 28 *κατοικτειρήσομεν.*

p. 286, 1 *μηδὲ κενοδοξήσωμεν* 3 *ἡμᾶς ἑκουσίως* 5 *μετ' ἀταραξίας* 10 deest *τοῦ* 11 *φωνῆς μιᾶς* 12 deest *πρὸς αὐτόν*

Cap. IX.

14 deest *καὶ* 15 *εὐπειθ. συμβ. καὶ Μωυσῇ (εἰ)* 16 *σύμβουλε τύραννε* 17 *αὐτοὺς ἡμᾶς ἐλέα* 24 *ἂν (δὴ) δικαιότ. ἂν ἡμεῖς* 26 *ὦ τύραννε* 28 *(κακοπαθίας)* 29 *καλοκαγαθίας* 30 deest *καὶ-πάσχομεν.*

*) locus rasus.

p. 287, 3 ὠργίσθη ὅθεν τὸν 4 παρήγαγον in margine παρῆγον 7 μηδὲν 11 ὠμόφρων 14 deest αὐτῷ 15 ὁ δὲ εἶπεν οὐχ οὕτως ἰσχυρότερος ὑμῶν ἐστιν 17 deest μου post πυροῦτε 21 διερέθιζον . . . προσεπικατέτεινον 25 περιπτηγμένον 29 super αἰῶνα exstat (ἀγῶνα) 32 περὶ τῆς εὐσεβείας.

p. 288, 1 τιμωρήσειεν 10 ἐπισπασαμένοι μέχρι τῶν 16 νικόμενον 18 τὸν πόνον

Cap. X.

22 τοῦτον τὸν 25 deest ὁ 28 deest μου 30 ἀναμοχλεύοντες, καὶ τοὺς βραχίονας καὶ τὰ σκέλη καὶ τοὺς.

p. 289, 1 περισ. τὰ ὄργανα σὺν ἄκραις ταῖς τῶν 7 deest θεοῦ 9 μιαροφαγίαν 11 μὴ μανῇς 12 deest σου sed inserit post μανίαν haec: ἀλλὰ πεισθεὶς τῷ βασιλεῖ σῶζε σεαυτόν 21 ἐκτεμεῖν 22 ἀκούει 23 τέμνε 24 γλωττοτομήσεις ἡ δέως ὑπὲρ θεοῦ 26 σὲ δὲ ταχέως . . . θεὸς τὴν γὰρ τῶν

Cap. XI.

28 ἐναπέθανεν 30 βασανισμὸν δειλιᾶν αὐτὸς 32 ὀφειλέσῃς.

p. 290, 1 μισαρ. καὶ μισάνθρωπε 4 ἐστιν ἄξια 8 περὶ ὃν ὁ λόγος 9 ἐπὶ τὸν τροχὸν 10 ἐξεμελ. κατὰ . . . καὶ τὸ πνεῦμα 11 ἐχόμενος καλὰς, in margine ἀγχόμενος 12 καλὰς διὰ 18 ἀδελφῶν εἰμι 21 σοι δοκεῖ . . . μιαροφαγοῦντα 24 deest δὲ 25 διαπεράναντες 28 εἰς γυμνασίαν πόνων 31 deest μὲν et σοὶ δὲ ὦ τύραννε 32 μέγαν σοι . . αὐτὸς ἀλάστορα κενουργὲ.

p. 291, 3 μήτε 6 ἡ βία σου 7 προεστήκασιν ἡμῶν

Cap. XII.

10 παρεγίνετο 11 κατοικτείρας 12 κακισθείς 13 πλησιαίτερον αὐτόν 16 σὺ δ' εἰ μή 17 πρὸ ὥρας 20 ἐλεήσας (αν) 21 in margine ἐπὶ τὴν σωτήριον εὐπείθειαν 24 (τι) 25 ἐπιχαρέντες μάλιστα ἐπὶ 27 καὶ δραμὼν ἐπὶ superscriptum ἔστη . . . καί φησι 28 τηγάνων ἀνόσιέ φησι, deest τῶν 32 deest θεία.

p. 292, 7 deest *κακός*, praebet *οἰμώξεις* 8 deest *ἔφη*, deest *μου* 12 *ἑαυτὸν δῶκε*

Cap. XIII.

15 *συνομολογεῖται* 17 *γὰρ ἀεί* 18 *τούτοις* 21 *ἐπεκράτησαν* 23 *παθοκρατορίαν, τῶν μὲν διά* 24 *γὰρ* (*δὲ*) 25 deest *τῶν* 30 *παρεθάρσυνον* 31 *περὶ*, (*ὑπὲρ*) *μιμησόμεθα* 32 *νεανίσκους, ἰσοπολίτιδος.*

p. 293, 3 *καρτερήσωμεν*, in margine *ὑπομιμνήσκων* 5 deest *ὁ* 6 deest *καὶ*, praebet *ἐφορῶντες ὁμοῦ* 10 *ἀποκτέννειν*, deest *τὸ σῶμα* quod in margine exstat 15 deest *εἰς-αὐτῶν* 17 deest *αὐτῶν* 19 *ἀγνοεῖται*, in margine *τε* 21 *διὰ τῶν, γεννομένοις* 22 *φυτεύσασα* 26 *ἀπὸ τῶν* 28 *ἀγκαλισμάτων* 29 *καὶ τῆς* 31 *συμπαθοῦς* 32 in margine *γρ*: *συμπαθέστερον πρὸς ἀλλήλους τὴν ὁμόνοιαν ἔσχον.*

p. 294, 4 *αὐτῶν*, in margine *εὔνοιαν καὶ* 8 *συναυξόντων* 9 *ὑπολειμμένοι* 10 (*καὶ*) 11 deest *δὲ* 13 *τὸν τῆς*

Cap. XIV.

16 *ἐναρμόστου* 17 *ἐκ τῶν ἑπτὰ μειρακίων* 18 *πρὸς τὸν θάνατον ὤκνησεν ἀλλά* 23 *ψυχ. ἀθανάτου τῆς εὐσεβείας* 24 *πανάγιε* 25 *ἑβδομάς* 29 *νεανίσκων* 30 *μόνον ὁρῶντες ἀλλ' οὐδὲ μόνον ἀκούοντες τόν*, in margine *οἱ δὲ οὐ μόνον ἀκούοντες ἀλλὰ καὶ ὁρῶντες τὸν παραχρῆμα τῆς ἀπειλῆς λόγον ἐμακαρίζοντο θαυμαζόμενον πῶς πάσχοντες ἐνεκαρτέρουν καὶ τοῦτο* 31 deest *τῆς* et *ἐμακαρίζοντο-πῶς.*

p. 295, 2 *διέλυε* 3 deest *αὐτῶν* 7 *ἡ γὰρ μήτηρ* 10 *τῶν τέκνων* 11 *τὰ λοιπὰ ζῷα ὁμοίαν τὴν εἰς* 14 *ὀροφοιτοῦντα* 15 deest *τῶν* 16 *καὶ φαράγγων ἀπορρῶγας* 17 *ἐννοσσοποιούμενα* 18 *εἰ καὶ . . . δύνανται* 19 *καὶ ἀνακαλούμενα* 21 in margine *ὗναι* 23 *κηρόν* 25 *ἀπαμύνονται* 26 deest *τοῦ* 27 deest *τῶν*

Cap. XV.

28 *ὦ λογισμὲ τέκνων παθῶν τύραννε.*

p. 296, 3 *ἐναποσφραγίζον, τῶν παθῶν* 4 *τῶν παθῶν* 5 *γὰρ ἀσθενόψυχοι* 6 *πολυγονώτεραι* 10 *ὠδίνας* 12 *πρὸς τὸν*

ϑεόν 13 οὐ μὴν γε 16 ante μεγαλόψυχοι inserit ἀνδρεῖοι καὶ 18 φυλάσσοντες 19 τῶν περὶ τὴν φιλοτεκνίαν 22 μεταστρέψαι 24 γενέσει φιλ. καὶ τρόφια (γοναὶ φιλόστοργοι) 26 deest ἡ 30 μέχρι (τῶν) 32 ἥπερ.

p. 297, 3 βλέπων ἐν βασάνοις 7 ἐκλ. ἐπὶ σαρξὶ τεκν. ὁρ. σαρκ. τεκ. κυκνιοι 14 πηλίκαις (ποικίλαις) 14—21 πηλίκαις-καθάπερ rubris uncis inclusum 16 τροχοῖς καὶ καυτηρίοις 19 ὁρῶσαν ἀπώλειαν 20 πολύτροπον (πλοκον), πάσας 23 deest τε 32 deest τοῦ.

p. 298, 2 οὕτως σὺ 4 ταῖς τῶν 5 τοὺς . . . χειμῶνας

Cap. XVI.

7 ὑπ. τὰς μέχρι θανατ. βασ. ὁρ. τῶν τέκνων 11 περιεφρόνησε deest τόν, in margine τῶν μέχρι θαν. βασ. ὑπερεφρόνησεν 12 deest κατὰ τόν 14 αὐτῆς 17 τοῦτο ἐπι(δια)-λογίσασθαι(θε) 18 ὅτι εἰδειλ. ἢν γυνή 19 ὠλοφύρετ᾽ ἄν 22 κάμινοι 25 ὠδίνας 31 ὠλοφύρετο 32 ἀπέτρεψεν . . ὡς οὐδ᾽.

p 299, 5 γύναι διὰ 6 ἔργοις δυν. καὶ λόγ. εὑρ. ἀνδρός 8 θεωροῦσα 9 ἑβραΐδη φωνῇ 13 ὑπομεῖναι 20 deest ὁ ἰσαάκ 22 ἀπεσφενδονήθησαν 25 deest τούς 29 εἰδοτες 30 καὶ ἀβρ. καὶ 32 ὡς ὅτι ὅτε.

Cap. XVII.

p. 300, 1 εἰς (προς) θάνατον 3 ἑπτὰ παισὶ σὺ στέγη ἐπὶ τοὺς δακτύλους 6 στύλους τῶν παίδων 9 βιβαίαν ἔχουσα πρὸς θεόν 13 deest τῷ, praebet καὶ ἐστήρισαι 15 ἡμῖν ἢν deest πίνακος 16 σου ἱστορίαν 17 in margine γρ: ἐνώπιον τοῦ θεοῦ καὶ ἐστήρισαι σὺν αὐτοῖς ἐν οὐρανῷ 19 καὶ ἐπ᾽ αὐτοῦ τοῦ ἐπιταφίου 20 ἐνταυθοῖ ἱερὸς γέρων 21 ἐγκεκήδευται 22 διὰ τοῦ, in margine διὰ τύρανον 23 εἰς θεὸν 25 γὰρ ἢν ἀγὼν 27 ἡ ἀφθαρσία 28 deest ἑπτά 29 ἀντιγωνίζετο 31 ἑαυτοὺς ἰδίους ἀθλ.

p. 301, 2 deest αὐτῶν 4 καὶ τὸν μακ. βιοῦσιν αἰῶνα 12 deest τοῦ 7—10 οὐ μόνον — ἁμαρτίας rubris uncis inclusum 15 ἀπειλῶν, deest ὁ 22 ἐστὶν δεσπότης

Cap. XVIII.

25 *προέμενοι* 29 *ἀνανεωσάμενον ἐκπεπολιόρκηκε.*

p. 302, 1 in margine *ἐκδιατεθῆναι* 2 in margine *ἐστρατοπέδευσε* 3 *ἡ δικαία,* in margine *δίκαια* 6 *οὐδὲ ἔφθειρε* 8 *ἀπατητὴς ὄφις* 10 *μακάριος μὲν ἐκεῖνος,* in margine *γρ:* *τὸν γὰρ τῆς εὐσεβείας βίον ἐπιζητήσας* 12 *ὑμᾶς* 13 deest *τοῦ* 14 *ὑμῖν, ὁλοκαρπούμενον ἰσαὰκ καὶ* 15 *ὑμῶν* 16 *ὑμᾶς* 18 idem 21 deest *καὶ — κύριος* quod in margine exstat, 22 *παροιμίαζεν ὑμῖν* 25 *ᾠδὴν μὲν γὰρ* 28 *τῶν ἡμερῶν* 30 *πῦρ φλέξας λέβησιν,* in margine *πῦρ πυρὶ ζήσας* 32 *πάλιν τάς.*

p. 303, 1 deest *τὰς* 5 deest *καὶ τῷ — τῶν,* praebet *μητρὶ εἰς πατέρων χορὸν* 7 deest *τοῦ.* In fine *τέλος σὺν θεῷ τοῦ περὶ τῶν μακκαβαίων λόγου.*

SENTENTIAE CONTROVERSAE:

I.

Aphroditen, qualis ab Homero describitur, deam esse Graecorum propriam neque cum Phoenicum Astarte ullo modo cohaerere.

II.

In hymn. εἰς Δήμητρ. v. 64 iis assentior qui scribendum esse proposuerunt: Ἠέλι᾽ αἴδεσσαι μ᾽ ἐθέλων σύπερ etc.

III.

In Quintil. instit. orat. lib. X. cap. I, 38 legendum esse: Et Graecos omnes et philosophos persequar.

IV — VII.

Recipiendam esse Lipsiensis scripturam his Iosephi belli Iud. locis:

a) bell. Iud. I, 13, 7 tollendum esse τῶν πολεμίων (post λάθρᾳ).

b) l. c. I, 14, 1 legendum esse ἤλπιζε πλεονεξίαν (pro ἤλπισε).

c) l. c. I, 15, 2 τέως ἐθεράπευεν scribendum esse pro ἐθεράπευσεν quod recepta praebet.

d) l. c. I, 28, 1 tollendum esse θυγατρος post Σαλώμης.

VIII.

Plutarchum in vita Alcibiadis enarranda ipsum Xenophontem adhibuisse.

ERRATA TYPOGRAPHI:

p. 2 v. 14 „iudicaverunt“ scribendum est
p. 6 v. 17 legas: „νόμον“ pro νὸμον
p. 13 v. 24 „ „δεσπόσεις“
p. 17 v. 15 „ „num“ pro cum
p. 18 ***) „ „φρόνησις“ pro φρόνεσις
p. 19 v. 20 „ „διὰ“ pro δὶα
p. 19 v. 29 ponas post iram comma non semicolon
p. 20 v. 8 legas: „lacunas“
p. 20 v. 23 „ „ea a docto“
p. 21 v. 32 „ „careret“
p. 22 v. 26 „ „rei statum“
p. 22 in ultimo versu legas: „τύπος“
p. 23 v. 2 legas: „explicentur“
p. 23 in versu paenultimo inseras post „decimum“ haec verba: „neque ad decimum“
p. 24 v. 7 legas: „sensum“
p. 25 v. 12 dirimas verba ἐν νόμῳ
p. 27 v. 11 legas: „careamus“ pro caveamus.
p. 28 v. 27 „ „vacavisse“
p. 28 v. 34 „ „decoraverim“
p. 29 v. 11 „ „summas“
p. 29 v. 24 „ „genuinus“
p. 30 v. 15 „ νοῦς + φρόνησις (κατὰ τὸν νόμον) = λογισμός.
p. 31 in ultimo versu ponas comma post „solent“
p. 38 v. 1 legas: „fieri“
p. 38 v. 2 „ „nasceretur“

fol 30a

ἔστι σοι συνδικίαν κρείσσω ... στρατηγῶν αὐτὸς δὲ μετ' ἀντιβόλοις

δημοσίᾳ ... κοινῇ θεραπεύειν. ὅν τε δεῖ κρίνεσθαι κα

fol 70a

πολλὰ τοιαῦτα τοῖς ἐσχατιοῖς χωρίοις καὶ τοῖς ἀμφο

λοις παρόντα τὸν μὲν πόλεμον ἐργασάμενοι

fol 287b

Καὶ γὰρ ἄξιον ἦν καὶ ἐπ' αὐτοῦ τούτου κεφαλαίου ἀναφέρε-

σθαι καὶ ταῦτα τοῖς ἀπὸ τοῦ ἔθνους ... μάρ

fol 272b in margine

ς αντικα ... τ νόμ' πο

λιτείας καὶ φιλαργυ

ρίας κι ... φιλοτ. ἴ

ἀνθρώπ ς ...

fol 39b

καὶ φόρον τελεῖν ... καταστρεψάμενος καὶ παρα

... καὶ τοὺς πατρικοὺς ... πολεμίοις τοῖς

fol 71b

ἐστι τραπεζιτῶν μετὰ τοῖς κατηγόροις. τ

κερδῶν παρανομίας. πρῶτον δὴ ...

fol 281a

καὶ ἐξ ἁρμοῦ ἀναμοχλεύοντες ... καὶ τοῖς

δακτύλοις καὶ τοῖς βραχίοσι καὶ τὰς κεφαλὰς κα

Manus C:

α λ

κ Β

γ Γ

δ Δ

ε

ζ

η Η

θ

ι

κ Κ

λ λλ

μ

ν Ν ΝΝ

ο ου

ξ

π Π

ρ

σ C

τ

υ

φ

χ

fol 264b

π τῶν βραχμά-
νων φη

fol 243b

πεντάκις ...
λω ... ερος ...
... δε ...

fol 244a

πάλιν ...
ἰωσήππου

fol 228a ... ἀνήρ

fol 234b ...